

TEXTUS

N. 164.

Vincentius Lauro
Ioanni Ladislai [filio] Feirnari

Varsaviae, 1 X 1574.

Licentiam ei concedit, ut ratione parochialis ecclesiae Witkowce (Vitkovce) in Scepusio sitae, ad dioecesim Magno-Varadiensem pertinentis, cuius rectorem agit, aliquibus duobus Dominicis vel aliis festis diebus extra tempora a iure statuta sacros diaconatus et presbyteratus ordines suscipere possit.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 29r-v.

Vincentius,
Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Montisregalis,
ad Ser.mum Principem Henricum, Poloniae Regem, omniaque loca dicto
Regi quomodolibet subiecta, Ss.mi D.ni N.ri Papae
cum potestate Legati de latere Nuncius.

[29v] Dilecto nobis in Christo Ioanni Ladislai [filio] Feirnari, Rectori parochialis Ecclesiae loci Withkow Vorodiensis dioecesis¹, salutem in Domino sempiternam. Exposuisti nobis, quod tu, qui dudum fervore devotionis accensus, clericali caractere insignitus et ad quatuor minores necnon sacrum subdiaconatus ordines rite promotus fuisti, ratione parochialis Ecclesiae loci Withkowicz² Vorodiensis dioecesis, in confinibus et et sub dominiis Regni Poloniae sitae, quam obtines, ad reliquos sacros ordines brevi suscipiendos arctatus existis, ac eodem fervore inductus ad ipsos reliquos sacros ordines promoveri summopere desideras.

Nos ^(a-)ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti^(a), pio huiusmodi voto tuo favorabiliter annuere volentes, tuisque in hac parte supplicationibus nobis porrectis inclinati, Tibi, si (ut praefertur) arctatus sis et idoneus reperiaris, ut a tuo Ordinario, si in unitate fidei Catholicae et Sanctae Sedis Apostolicae obedientia persistat, alioquin a quocunque alio malueris catholico

¹ Dioecesis Magno-Varadinensis sive Varadiensis (Nagyvárad, Oradea Mare), cuius ordinarius tunc temporis fuit Franciscus Vorgács vel Forgach (1510-1575), cancellarius principis Transilvaniae Stephani Báthory, postea regis Poloniae. Cfr. ANP IX/1, notam 431, p. 131.

² Agitur procul dubio de loco Vitkovce (Polonice: Witkowce, Hungarice: Vitkocz) in Scepusio sito (hodie in Slovacia), ad dioecesim Magno-Varadiensem pertinente.

Antistite, gratiam et communionem dictae Sedis habente, extra Romanam Curiam et in propria dioecesi residente, ad reliquos sacros videlicet diaconatus et presbyteratus ordines aliquibus duobus Dominicis vel aliis festis diebus extra tempora a iure statuta promoveri et in eis sic promotus etiam in Altaris ministerio ministrare libere et licite valeas, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica nobis in hac parte specialiter attributa, tenore praesentium, licentiam in Domino concedimus. Datum Varsoviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Kalendas Octobris, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

^(b)Vincentius Epus Montisregalis, Nuntius Apostolicus

Iosephus Monachus
 Rev. di D. ni Nuntii Apostolici Cancellariae Regens
 omnino gratis
 Horatius Andreucius Secretarius^(b)

^{a-a)} *Adscriptum in margine manu Iosephi Monachi, cancellarii nuntii.*

^{b-b)} *Alia manu.*

N. 165.

Vincentius Lauro
Ioanni Rosemberg

Varsaviae, 1 X 1574.

Absolvit eum ab irregularitate, quam adhuc laicus studiis medicinae operam navando et etiam post sacros ordines susceptos aegrotis varia pharmaca praescribendo incurrerat, et dispensat cum eo, ut praeter hoc impedimentum canonicatum et praebendam Ecclesiae Varmiensis libere et licite retinere valeat.

Reg.: AV, Nunz. Pol. 396 f. 31r-32v.

Vincentius *etc.* [ut in N. 164], Dilecto nobis in Christo Ioanni Rossembergio³, Canonico Varmiensi, salutem in Domino sempiternam. Sedes Apostolica, pia mater, personis ad eam post excessum cum humilitate recurrentibus libenter se propitiam exhibet et benignam ac eos gratioso favore prose-

³ Ioannes Rosemberg († 1588), canonicus Varmiensis ab a. 1570.

quitur, quibus ad id alias propria virtutum merita suffragantur. Sane nobis nuper exponi fecisti, quod tu, qui in praesbiteratus ordine constitutus existis, alias tunc in minoribus tantum, aut forsitan in eorum nullo, sed adhuc laicus existens, studiis medicinae operam navasti atque in eis non parum profecisti. Unde ignorans artis medicinae exercitium Clericis esse interdictum et pietatis zelo ductus, etiam post sacros ordines susceptos, varia pharmaca variis adversa valetudine affectis, gratis tamen ac saepe ipsa pharmaca propriis pecuniis emendo dedisti. Verum post illa a te sic exhibita plures sanitati sunt restituti, nec (quod reminisci possis) plures septem ex iis e vivis excesserunt, quorum etiam nullum occasione ipsorum pharmacorum obiisse iudicas, unius tamen mortem acceleratam times, non quidem tam pharmaci causa, quam ex quo is defunctus illud sumpturus nocte praecedente nimio potui indulserat. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, ad tui notitiam postmodum devenit te per praemissa irregularitatem et alias ecclesiasticas sententias, censuras et poenas contra talia exercentes a iure inflictas incurrisse, ac propterea desuper ab intimis plurimum dolueris et doleas ad praesens, ac a similibus in posterum abstinere proponas, nobis humiliter supplicari fecisti, ut de absolutionis beneficio et dispensationis gratia ac alias in praemissis tibi providere misericorditer dignaremur.

Nos igitur ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate suffulti, attendentes Ecclesiam Catholicam, piam matrem, misericordiae gremium nemini unquam claudere, ac volentes te alias apud nos de vitae ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu specialibus favoribus et gratiis persequi ac a quibusvis excommunicationis, [32r] suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis (dummodo in eis per annum non insordueris) ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, te ab excessibus huiusmodi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propter praemissa, ac ex quo forsitan ipsis censuris sic ligatus divinis te (non tamen in contemptum clavium) immiscuisti aut illis participasti, quomodolibet incurristi, apostolica auctoritate nobis specialiter attributa in utroque foro absolvimus, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam, sive per te ob praemissa quomodolibet contractam et in te insurgentem, abs te auferimus et in te penitus abolemus, necnon te in pristinum et eundem, in quo ante praemissa quomodolibet eras, statum restituimus et plenarie reintegramus.

Necnon tecum, ut in dictis aliisque sacris ordinibus per te rite susceptis etiam in Altaris ministerio ministrare ac quaecunque et qualiacunque (quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum non excedant) bene-

ficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si Canonicatus et Praebendae aut dignitates etiam maiores et principales seu Personatus, Administrationes vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, aut parochiales Ecclesiae seu earum perpetuae vicariae fuerint, si tibi alias canonicè conferantur aut eligaris, praesenteris vel alias assumaris ad ea et instituaris, in eis accipere et unum eorum aut quos te obtinere ac quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem ^(a-valorem annuum^a) non excedere et ex iis nihil indebite percepisse asseris) Canonicatum et Praebendam Ecclesiae Varmiensis retinere libere et licite valeas, de specialis dono gratiae dispensamus.

Non obstantibus praemissis necnon apostolicis ac in [32v] provincialibus et synodalibus Conciliis aeditis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus ac dictarum Ecclesiarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod poenitentiam per confessorem, ex approbatis ab Ordinario a te eligendum, tibi pro praemissis iniungendam adimplere omnino tenearis. Alioquin praesentes litterae tibi nullatenus suffragentur. Datum Varsaviae, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Kalendas Octobris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis [*ut in N. 164*]
omnino gratis

^{a-a)} *Adscriptum in margine manu Iosephi Monachi, cancellarii nuntii.*

N. 166.

Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio

Varsaviae, 6 X 1574.

*Pro Victorio Franceschi, epo titulari Famagustano, aetate iam satis pro-
vecto, quem in itinere suo in Poloniam facto Venetiis cognoverat, intercedit et
rogat, ut eum summo pontifici commendare velit, ita ut propter decrepitam
eius aetatem pensioni ipsius summa 200 ducatorum adiungatur.*

Or.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 191r-v. In f. 196v inscriptio, vestigia sigilli.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 53r.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Tutti li miei amici sanno ch'io vivo sotto la benignissima gratia et protectione di V.ra Signoria Ill.ma et perciò neli loro bisogni adoperano volentieri le mie intercessioni appresso di lei. Et come che Mons. il Vescovo Franceschi⁴ sia nel numero de' suoi antichi et devotissimi servitori, nondimeno quando io passai per Vinetia, havendomi con lagrime et tenerezza infinita raccontati i favori fattili dala Signoria V.ra Ill.ma, mi pregò instantemente che io dovessi non solo ringratiarla humilissimamente, ma supplicarla che ella se degne nele occasioni raccomandarlo appresso N.ro Signore, affine che possa per comodo dela sua vecchiezza hormai decrepita haver di più 200 ducati di pensione, col mezzo deli quali pensa di potere honestamente trattenersi per il poco tempo che gli resta a vivere. Io ancorché sapessi che il detto Signore non habbia bisogno del mezzo mio appresso di lei, nondimeno non potei mancare di non offerirmi che di Polonia ne scriverei ala Signoria V.ra Ill.ma, et confesso d'havere indugiato troppo, perché mi pareva di prendere troppa sicurezza dela benignità di lei. Pure ala fine la pietà et l'obbligo del'antica amicitia che ho con quel Signore mi sforza, non senza rossore, a farmi scrivere questa lettera et humilmente pregarla, che le piaccia non solo pigliare in buona [191v] parte questo officio, ma ancora interporre l'autorità sua, acciò che quel povero Signore con tal aiuto possa ripararsi dagli incomodi dela vecchiaia; la gratia s'haveria a far presto, perché altrimenti non saria a tempo per la debolezza dela sua complessione. Ma con questa commodità et con l'aiuto del'aria Veneta potria conservarsi per molti anni ancora et pregar, come fa di continuo, il Signor Iddio per ogni contento della Signoria V.ra Ill.ma, appresso la quale io riceverò a favor non picciolo che dal prefato Signore si sappia esser stato ancor che tardi fatto da me questo officio. Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma. Di Varsovia a' 6 d'Ottobre 1574.

(^a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma
hum.mo et div.mo servitor
il Vescovo del Mondevi^{-a})

^{a-a}) *Autographum.*

⁴ Victorious Franceschi, epus Famagustanus in Cypro ab a. 1561; cfr. Gulik-Eubel HC III, p. 210.

N. 167.

Vincentius Lauro
Ioanni Dolfin, nuntio Vindobonensi

Varsaviae, 6 X 1574.

Arbitratur actiones et consilia pro candidatura archiducis Ernesti ad coronam Regni Poloniae aspirantis, in litteris eius 20 IX 1574 datis (cfr. ANP IX/1, N. 158) cogitata, considerari posse, postquam de reditu regis (Henrici) in Poloniam, cui terminus redeundi ad diem 12 Maii 1575 designatus sit, aliquid certi constiterit. Interea vero temporis diligenter attenteque explorandam esse opinionem ablegati Gallici Vindobonae degentis (Ioannis Vulcob) eo consilio, ne inutiles errores committantur, per quos condicio religionis catholicae in Polonia peior fieri possit. Addit imperatorem (Maximilianum) in Polonia proprios exploratores speculatoresque possidere.

Reg.: AV, Nunz. Pol. 10 f. 71v-72v (copia facta in cancellaria Vincentii Lauro, adiuncta eius litteris ad Gallium datis; cfr. N. 181 et 208).

B. Del Vescovo del Mondevi⁵

V.ra Signoria mi farà gratia render capace l'Imperatore⁶ che per ordine havuto di N.ro Signore io desidererei grandemente poter eseguir tutto quello che si desidera da Sua Maestà, ma havendo il Re Christianissimo⁷ lasciatosi intendere apertamente che a tutti modi vuole ritinere li due Regni, ogni volta che io mi scoprissi con qualche Signore di far pratica in servizio del Principe Hernesto⁸, la cosa si divulgberia in un tratto. Et il Re haveria giusta cagione restar mal contento di N.ro Signore [72r] et de' suoi Ministri; per il che è necessario aspettare ancora qualche tempo insino à tanto, che s'intenda se il Re ha animo di venire al tempo determinato, perché in caso che non ci fosse speranza del suo ritorno, al'hora si potrebbero tentare le pratiche, le quali sarei anche costretto a fare con grandissima segretezza, per non offendere il Re, il quale si vede che ha la mira, non potendo etiamdio ve-

⁵ Hae litterae efficiunt partem commercii epistularum (litterae "B"), quod inter Vincentium Lauro et Ioannem Dolfin (1528-1584), epum Torcellanum ab a. 1563, nuntium pontificium Vindobonae annis 1571-1578, de candidatura Austriaca ad Regnum Poloniae intercedebat; quae epistulae ex cancellaria nuntii 8 XII 1574 (Cfr. N. 208) una cum epistula littera "D" signata Romam missae sunt.

⁶ Maximilianus II (1527-1576), imperator Romanus ab a. 1564; cfr. ANP/1, passim.

⁷ Henricus Valesius (1551-1589), rex Poloniae ab 15 V 1573, fugit Cracovia noctis tempore 17 VI 1574; cfr. ANP IX/1, passim.

⁸ Ernestus Habsburg (1553-1595), filius imperatoris Maximiliani II; cfr. ANP IX/1, p. 28.

nire al mese di Maggio⁹, non voler in conto alcuno cedere le sue ragioni; anzi minaccia di difenderle con l'arme et prendere giusta vendetta contra quelli che li farebbono torto. Et in somma V.ra Signoria con la sua prudenza m'ha solamente a obligare in questo, cioè di fare ogni servitio al Prencipe Hernesto senza far torto o disservigio al Re Christianissimo, sì come è la intentione di N.ro Signore. A me questa pratica pare molto difficile per non dire impossibile; perché qui non si può ragionare con nessuno, che l'homo non sia scoperto. Et quando veramente fosse Interregno, non ci saria difficoltà veruna nel modo del procedere.

Quanto a dar gli avisi di qua così minutamente, V.ra Signoria sa bene che i Principi parlano ancor essi, et potria la pratica venir all'orecchie di Vulcob¹⁰, et intreriamo nel primo errore, né questo mi par punto necessario, havendo Sua Maestà li suoi Ministri pratichissimi, che possono avvertirla minutamente et spesso delle cose che occorreno. Io non mancherò già di questo (come feci nel pericolo del Piasto¹¹) occorrendo una occasione tale o simile, che apportasse danno gravissimo ala religione cattolica, perché all'ora postosto ogni altro rispetto humano per l'honor di Dio, saria di bisogno fare ala scoperta; ma senza tale occasione si corre pericolo; imperò piaccia a V.ra Signoria render capace del tutto [72v] Sua Maestà in quello che posso servirla; perché io sono stato sempre solito di procedere schiettamente senza offerire o mostrare di voler far cosa, che non l'abbia poi ad esequire con effetto.

N. 168.

Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio

Varsaviae, 6 X 1574.

Refert de litteris eius 28 VIII datis in negotio abbatis Benedictinorum Lubinensium (Lucae Kościelecki) ad episcopatum Premisliensem nominandi atque de litteris 4 IX scriptis (de archiduce Ernesto coronae Regni Poloniae candidato) et de brevi pontificio Annae Jagellonicae destinato.

⁹ Convocatio Varsaviensis, 15 IX 1574 conclusa, diem reditus Henrici in Poloniam designavit 12 V 1575. Cfr. ANP IX/1, A. 24.

¹⁰ Ioannes de Vulcob (ca 1535-1607), curator negotiorum regis Galliae in aula imperiali Vindobonensi; cfr. ANP IX/1, notam 1054, p. 318.

¹¹ Reges ex stirpe Piastorum nomen dederunt primae domui seu familiae regnatrici in Polonia. In secundo Interregno Polono hoc nomine symbolice denominari solebant candidati Poloni ad obtinendum Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae aspirantes.

Or.: AV, Nunz. Pol. 7 f. 192r inscriptio, vestigia sigilli.
 - Ed.: Wierzbowski VL, p. 102.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Hiersera hebbi le lettere di V.ra Signoria Ill.ma deli 28 d'Agosto¹² col duplicato sopra il negotio del'Abbate Lubinense¹³ et deli 4 di Settembre¹⁴ con il foglio a parte et con il breve per la Ser.ma Infante¹⁵, la quale sta hora qui et l'o visitata una volta. Et aspetterò la occasione per valermi del Breve con la detta Signora. Nel resto mi rimetto nel foglio accluso. Con che bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma et prego il Signor Iddio che con lunghissima et felicissima vita di N.ro Signore conceda a lei ogni vero contento et felicità. Di Varsovia a 6 d'Ottobre 1574.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(^a-humil.mo et div.mo servitor
 il Vescovo del Mondevi^a)

^{a-a})*Autographum.*

N. 169.

Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio

Varsaviae, 6 X 1574.

Tradit ei deliberanda ea, quae in turbulenta recens conclusa Confoederatione Varsaviensi decreta sunt. Affirmat Polonis imminere illegitimam novi regis electionem vivente rege (Henrico Valesio) factam, candidaturae vero imperatoris (Maximiliani II) praeferrere electionem candidati Poloni, symbolice nomine "Piasti" nuncupati, sed id perturbationem rerum omnium in Regno parere et religioni catholicae damna afferre posse metuit. Edocet secretarium status nuntium Vindobonensem (Ioannem Dolfin) praemonere, ne in Polonia duplex regis electio perficiatur, simulque arbitrari Henrico Valesio quam celerrime in Poloniam redeundum esse. Nuntiat socium et fauto-

¹² Cfr. ANP IX/1, N. 143.

¹³ Lucas Kościelecki (1539-1597), abbas commendatarius Benedictinorum Lubinensium ab a. 1570, epus nominatus Premisliensis a 4 IV 1574. Cfr. ANP IX/1, A. 21, p. 386-387.

¹⁴ Cfr. ANP IX/1, N. 149.

¹⁵ Anna Jagellonica (1524-1596), soror Sigismundi Augusti.

rem Turcarum in Valachia, Moldavia, Transilvania esse palatinum Podoliae (Nicolaum Mielecki), qui etiam munere supremi exercituum Regni capitanei fungatur, Turcas tamen electionem "Piasti" in Polonia retentioni Henrici in Regno anteponeere asserit.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 193r-194r (litteris N. 168 adiunctum).

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 53r-54v.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p. 102-106.

V.ra Signoria Ill.ma si degni considerare che il modo proposto all'Imperatore¹⁶ fu con conditione, cioè in caso che si facesse la elettione d'un Piasto, come si haveva a temere, se si fusse andato popolarmente et tumultuariamente ala convocatione. Et perciò che la detta elettione saria stata contra le leggi del Regno et dela natura, essendo già vivo il Re di Polonia¹⁷, et haveria al sicuro apportata la total ruina dela Religione et del Regno, si era (non trovandosi altro rimedio) per manco male proposto il sudetto modo, il quale quando V.ra Signoria Ill.ma si trovasse qui presente, giudicheria essere tale che si saria potuto facilissimamente eseguire senza alcuna effusione di sangue, et haveria estinta la ruina che ne seguiva in domum^a) dala elettione del Piasto. Pure io sarò sempre prontissimo ad eseguire religiosamente gli ordini di N.ro Signore, et sinché si sappia la risoluzione che il Re farà in volere venir o no, non si ha a pensare ad altre pratiche, sì come di già mi sono scusato con Mons. Nuntio Torcello¹⁸, havendogli ancora aggiunto che in caso etiandio che il Re non venga, bisognerà procedere con gran circospettione, perché il Re già si lascia intendere che vuole ad ogni modo ritenere li due Regni, [193v] et minacciando difenderli con le armi contra chi volesse fargli torto. Et qui non si può far pratica, per segreta che sia, che non si scopra. Et in somma l'ho avvertito che non mi oblihi con l'Imperatore, eccetto secondo la intentione di N.ro Signore, ciò è che si habbia a far ogni sorte di honesto servitio al Principe Hernesto solo in caso di nuova elettione, senza però far disservitio al Re Christianissimo a cui Sua Santità desidera che si habbia ogni debito rispetto, perché non si ha a dar speranza a l'Imperatore in cosa veruna, la quale io non habbia poi a fare et eseguire conforme al commandamento di N.ro Signore. Hor in caso che il Re non possa o non voglia venire, et che habbia animo di ritenersi il titolo et le ragioni del Regno, apporterà grandissimo disturbo in questo Regno, perché protendosi [sic] pretendere che il Re nuovo non sia legitimo, si dà cagione a li vicini potenti, verbi gratia al Turco o al Moscovita, di tentar di occuparlo con intelligenza o

¹⁶ Maximilianus II.

¹⁷ Henricus Valesius.

¹⁸ Ioannes Dolfin.

ala scoperta. Et non mancheriano deli nobili primati et ambitiosi, che per farsi Re volentieri pigliariano lo stendardo del Turco, come si è fatto nela Transilvania, Vallachia et Moldavia, et tra gli altri già si teme del Palatino di Podolia¹⁹, [194r] il quale ha strette pratiche col Turco. Il Re pensa forse di^{b)} far paura con il mezzo del Turco, ma s'inganna, perché si sa di buon luogo che il Turco per suo interesse non vedrà mai volentieri un Re di Francia in Polonia, et favorirà sempre un Piasto per haver il vicino debole, con sicurezza di non haver male o di opprimerlo. Et io non ho mancato avvisarne il Re per il suo Segretario che partirà dimane per andarsene in diligenza a trovar Sua Maestà, la quale sarà anco avvertita con vive ragioni che hora difficilmente haverà altro modo di conservare il Regno, eccetto col venire al tempo determinato de' Comitii in Polonia, dove stando per lo spatio di due anni solamente potria trovar il modo di assicurarsi al'avvenire di questo Regno senza essere constretto di farvi dimora. Dio l'inspiri a far quello che sia a gloria di Sua Divina Maestà et per beneficio dela Religione et di tutta la Christianità.

a) *In AV, Nunz.Pol. 10: breve?*

b) *In AV, Nunz.Pol. 10 additum: minacciare et*

N. 170.

Vincentius Lauro card. Tholomaeo Gallio

Varsaviae, 6 X 1574.

Nuntiat marescalcum aulae Magni Ducatus Lithuaniae (Nicolaum Christophorum Radziwiłł, nuncupatum "Orbum") iam ante fugam regis (Henrici Valesii) ab eodem rege promissionem accepisse, iuxta quam munus coadiutoris epi Vilmensis (Valeriani Protasewicz) fratri suo natu minori, Georgio, collocatum esset. Litteras de hac re scripsisse senem, iam fere decrepitem, ordinarium Vilmensem et in ipsis qualitates ingenii et integritatis moralis candidati coram ostendisse. Ipse nuntius affirmat se ipsum, cum adhuc Cracoviae commoratus esset, documenta collegisse ad peragendum processum informativum eiusmodi coadiutoriam spectantem necessaria. Existimat principale impedimentum eiusmodi nominationis in minore aetate candidati et in priore doctrinae Calvinianae professione situm esse. Describit conditionem religiosam in Lithuania, ad quam formandam imprimis patrem Georgii Nicolaum, appellatum "Nigrum", multum contulisse censet, qui - tamquam

¹⁹ Nicolaus Mielecki († 1585), palatinus Podoliae ab a. 1569, supremus exercituum Regni capitaneus ab a. 1572. De eius erga Turcas inclinatione Lauro iam prius memorabat; cfr. ANP IX/1, p. 318 et 336.

palatinus Vilmensis et doctrinae Calvinii fautor acerrimus - in aedibus suis Vilmensibus templum Calvinianum instituerit. Actionem eius pergere ipsius fratrem patrualem Nicolaum, dictum "Rufum", etiam palatinum Vilmensem. Nicolaum Christophorum "Orbum" nuncupatum nuntio promississe templum Calvinianum Vilmense deletum iri et de ea re specialibus litteris etiam regem Henricum et summum pontificem Gregorium XIII certiores fecisse. Adiungit ad conversionem Georgii Radziwiłł ad fidem catholicam patres collegii Vilmensis Societatis Iesu plurimum contulisse.

Or.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 197r-199r. In f. 200v inscriptio, vestigia sigilli.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 54v-56r.

- Ed.: Wierzbowski VL, p. 104-106.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

In tempo che il Re era in Polonia, il Sig. Duca d'Olica²⁰ ottenne dala Maestà Sua la denominatione sopra la Coadiutoria del Vescovato di Vilna²¹, in persona del Sig. Giorgio, suo fratello²². Et il Vescovo stesso di Vilna, oltre che ne scrisse al Re et a me, fa ancora il medesimo officio appresso N.ro Signore et con alcuni Signori Ill.mi Cardinali, affine che il negotio si finisca; egli è vecchio quasi decrepito, et perché li beni di quella Chiesa sono per la maggior parte occupati dagli heretici, desidereria havere il sudetto Signore per successore; il quale come che sia giovane, è nondimeno di modesti et honoratissimi costumi, et veramente nel volto et nella maniera del procedere mostra esser nato per haversi a dedicare al culto divino; intende la lingua latina et la parla, è poi di casa principalissima in quella Provincia, talché è per fare, con l'aiuto divino, ottima riuscita et potrà in breve tempo etiamdio vivente il Vescovo con l'auttorità sua ricoperare li beni occupati et conservarli all'avvenire con molto profitto non solo dela Chiesa et dela città, che è la principale dela Lituania, ma ancora di tutta quella provincia; è poi fratello del Duca d'Olica, Signor molto zelante della Religion Cattolica et di non poca autorità; là onde di questo se ne può sperare [197v] bene grandissimo.

²⁰ Nicolaus Christophorus Radziwiłł (1549-1616), dictus Orbus, dux in Olyka, marescalcus aulae Magni Ducatus Lithuaniae ab a. 1569. Cfr. ANP IX/1, passim.

²¹ Valerianus Protasewicz (ca 1505-1579), epus Luceoriensis ab a. 1549, Vilmensis ab a. 1556.

²² Georgius Radziwiłł (1556-1600), frater Nicolai Christophori. Coadiutor epi Vilmensis ab 17 XII 1574; epus Vilmensis ab a. 1579; cardinalis ab a. 1583; epus Cracoviensis ab a. 1591. Epus Protasewicz iam 17 V 1574 Georgium Radziwiłł ad munus coadiutoris sui proponebat et commendabat. Agebatur imprimis de impetranda dispensatione pontificia, quae erat necessaria tum propter iuvenilem aetatem candidati, tum propter eius confessionem Calvinianam, quam tandem, catholica professione in manus Stanislai Warszewicki 2 VI 1573 praestita, repudiavit et abnegavit (cfr. Natoński, p. 458).

In quel tempo io feci già il processo in Cracovia con haver ricevuta da lui la professione dela fede, ma non si mandò a Roma cosa veruna, perché il padre di questi Signori, il quale è morto, fu già Palatino di Vilna²³, et tanto favorevole ala setta Calviniana, che con l'auttorità sua fu potissima cagione di infettare tutta quella provincia, et in mezzo del cortile dela sua casa in Vilna fece un tempio per gli heretici, dove è sepolto con la moglie; il qual tempio è la principal Sinagoga degli heretici²⁴.

Hor quando il Duca mi parlò di questo negotio, tra l'altre conditioni dategli da me fu la principale che egli scacciasse gli heretici di casa sua et rui-nasse quel tempio, o lo trasmutasse in servizio dela Religione Cattolica, perché saria cosa inconvenientissima che s'elegesse un successore al Vescovo di Vilna, il quale nela medesima città et in mezzo dela sua casa avesse la Sinagoga principale degli heretici edificata dal'istesso padre, che era capo di quella setta. Et che sebene egli et il fratello, a guisa di due rose nate tra le spine, erano cattolicissimi, non dovevano [198r] però in modo veruno sop-portare una indegnità et empietà così grande. Per il che io mi rendovo certo che N.ro Signore non acconsentire mai ala detta Coadiutoria. Et non lasciai di dire il medesimo al Re. Il Duca si scusò con allegare che erano quattro o cinque fratelli, deli quali i maggiori, cioè essi due, sono Cattolici et fuor di tutela. Et gli altri sono heretici et per l'età sotto tutela del Palatino di Vilna²⁵, loro zio, pure Calvinista; talché essi due non possono innovare cosa veruna senza il consentimento del Palatino come tutore degli altri. Gli fu risposto che il Palatino era loro zio, et per quanto si dice, si cura poco dela sua Religione; là onde per bene del Nipote dovea esso medesimo procurare questa esecuzione. Et mostrai maravigliarmi pure assai che il Duca per il zelo dela fede cattolica potesse comportare un opprobrio sì grande in casa sua. Et così prese resolutione di scriverne al Palatino, ancorché sapesse che non se ne faria niente, se egli medesimo non andasse a Lituania. Hora mi scrive d'una sua terra presso a Vilna di haver fatti avvertire gli heretici che habbiano a licenciarsi come da loro, perché altrimenti saranno [198v] cacciati. Et essi procurano di trovare altra casa, et haveranno difficoltà per la carestia degli alloggiamenti, talché ne riceveranno affronto grandissimo et perderanno la riputatione.

Il detto Signore manda un suo gentilhuomo in Francia per havere lettere del Re a N.ro Signore et portare poi il tutto a Roma. Et in tanto spera che la detta esecuzione sarà fatta in Vilna, avanti che il prefato gentilhuomo arrivi a Roma col processo et lettere. Per il che con una sua mi prega instantemente che io voglia raccomandare a N.ro Signore questo negotio, affine

²³ Pater Georgii fuit Nicolaus Radziwiłł, dictus Niger (1515-1565), cancellarius Lithuaniae et palatinus Vilmensis, caput sectatorum Calvini in Lithuania.

²⁴ Templum Calvinianum Vilmense, quod institutum erat in palatio Nicolai Christophori Radziwiłł, ad viam Castelli sito, mense Septembri 1574 deletum est (cfr. Natoński, ibidem).

²⁵ Nicolaus Radziwiłł nuncupatus "Rufus" (1512-1584), capitaneus generalis exercituum Lithuaniae ab a. 1553, palatinus Vilmensis ab a. 1566. Sectatorum doctrinae Ioannis Calvini protector.

che la Santità Sua, per il rispetto d'esso Sig. Duca et per la speranza del bene che n'haverà a succedere, si degni dispensarlo del'età. Tutti questi fratelli sono stati allevati hereticamente per opera del padre et dela madre. Et questi due si sono convertiti et hanno speranza in breve di tirar gli altri ala vera Religione. Et in particolare il Sig. Giorgio, per cui si chiede la Coadiutoria, è stato dopo la sua conversione nel Collegio de' Padri Giesuiti di Vilna, tra li quali i principali m'hanno scritto gran bene di lui, affermando [199r] che di questa elezione sia per risultarne col tempo la salute di quella Provincia. Io non dubito punto che N.ro Signore in questo farà la risoluzione conforme ala sua solita pietà, prudenza et benignità. Con questa mia sarà allegato il processo.

Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma et il Signor Iddio con lunghissima et felicissima vita di N.ro Signore conceda a lei ogni vero contento et felicità. Di Varsovia a' 6 d'Ottobre 1574.

(^a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor
il Vescovo del Mondevi^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 171.

**Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio**

Varsaviae, 6 X 1574.

Significat ex personali intercessione datarii pontificii (Matthaei Cointerel seu Contarelli) ad nuntiaturam Polonam missum esse Iosephum Monachum (Monaco); eundem, ex Lotharingia oriundum, linguae Gallicae optime gnarum esse, quod in nuntiatura utilissimum esse asserit ad relationes diplomaticas cum aula regia Parisiensi (Henrici Valesii) servandas. Ad repudiandas incusationes protestantium Polonorum asserentium officiales pontificios divitias sibi comparare nimias mercedes pro servitiis et actionibus sacerdotalibus percipiendo, eundem Monachum documenta ex nuntiatura exeuntia formula "omnino gratis" instruere solitum esse. Ad compensationem damnorum, quae eam ob causam exoriri possint, Monachum intercessore nuntio pontificio auxilium secretarii status expetere in consequenda pecunia, quae ex beneficio suo Romano et ex salario sibi debeatur, quod perciperet, cum munere adiutoris praesentis datarii pontificii adhuc fungeretur et propterea bullam a priore papa (Pio V) assecutus esset. Igitur exposcere, ut prae-

sens papa id ei per novam bullam caute et tacite confirmare velit, ita ut plus centum ducatus additicii proventus lucrari possit.

Reg.: AV, Nunz. Pol. 10 f. 56r-v cum titulo: "Al Sig. Cardinal di Como, a 6 d'Ottobre 1574 di Varsovia".

Piacque a Mons. Datario²⁶ per la speditione dela mia Nunciatura in questo Regno mandarmi Messer Gioseppo Monaco²⁷, persona pratica in simili materie et conosciuta da N.ro Signore. Egli è de Lorena²⁸, et per la cognitione dela lingua Francese insin dal principio, che io arrivai qui, è stato adoperato da me appresso i principali ministri del Re neli negotii publici, neli quali di mano in mano s'è mostrato sì diligente, fedele et affectionato, che l'ho poi fatto sempre continuare non solo con il detti ministri, ma etiamdio con tutti questi Signori Polacchi, con li quali m'è convenuto trattare. Per il che lo mandai anche in questa Convocatione²⁹, dove è stato di continuo. Et così mi vo servendo del'opera sua nele cose publiche, non che nele speditioni con molta mia satisfatione. Et perché qui fa di mestieri per riputatione dela Sede Apostolica et per torre a gli heretici ogni occasione di scandalo, fare tutte le speditioni gratis, con molta fatica di lui et de gli altri che sono appresso di me, et così si procederà all'avvenire, mentre sarà servizio di N.ro Signore adoperare la persona mia in queste bande. Il detto Messer Gioseppo non ha altro trattenimento che quello che riceve di me; et [56v] mi sforzo trattarlo in modo che resta contento dela mia buona volontà.

Hora egli litiga in Roma alcuni beneficii senza godere l'entrate et haveria di bisogno di spedire le bolle non solo di detti beneficii, ma ancora d'alcune pensioni che esso ha havute dalla santa memoria di Pio V³⁰ in tempo che era in suo servizio nela Dataria; nele quali v'andera spesa forse poco più di cento ducati. Io con una mia lettera ne pregai il sodetto Mons. Datario, il quale, per il debito dela sua cariga, non s'intromette volentieri a dimandare simili gratie a N.ro Signore. Supplico la Signoria V.ra Ill.ma che a tanti favori fatti nela persona mia con mio grand'obbligo le piaccia aggiungere questo, cioè che ella si degne far relatione a Sua Beatitudine deli meriti di esso Messer Gioseppo et farli ottenere dala Santità Sua la speditione dele bolle gratis via secreta, perché se gli accrescerà l'animo di potere con suo maggior contento continuare le solite fatiche in servizio dela Santa Sede. Et con questo bacio etc.

²⁶ Matthaëus Cointerel vel Contarelli (1519-1585) Gallus, datarius Gregorii ab a. 1572; cfr. ANP IX/1, passim et notam 306, p. 98.

²⁷ Iosephus Monaco, cancellarius Vincentii Lauro; cfr. ANP IX/1, p. XII (praesertim notam 50).

²⁸ Lotaringia (Lorraine).

²⁹ Convocatio Varsaviensis 30 VII - 18 IX 1574. Cfr. ANP IX/1, A. 22, p. 388.

³⁰ Pius V (Michael Ghislieri), pontifex maximus a. 1566-1572; bullae ad Monachum directae non reperiuntur.

N. 172.

Vincentius Lauro
Catharinae reginae Galliae

Varsaviae, 6 X 1574.

Occasione usus secretarii regis Henrici (nomine Gentiani) ex Polonia in Galliam redeuntis, notitias de rerum statu in Polonia reginae matri (Catharinae Mediceae) per eum transmittit. Refert aepum Gnesnensem (Iacobum Uchański) post recens conclusam Convocationem Varsaviensem nomine cleri iterum acriter contra decreta eiusdem Convocationis reclamitasse et protestatum esse, quae "articulis Henricianis" repugnare et contraria esse affirmet. Nuntiat etiam praecipuos senatores Lithuanos (Ioannem Chodkiewicz), Nicolaum Christophorum Radziwiłł aliosque), adhortante Iesuita Vilmensi patre Stanislao Warszewicki, indixisse conventum procerum Magni Ducatus Lithuaniae, qui Henricum Valesium fovere et adiuvare deberent. In lumine collocat et illustrat magni momenti partem a rege Poloniae et Galliae in religione catholica in Europa augenda et amplificanda habitam. Eam ergo ob causam Henricum quam celerrime in Poloniam redire debere arbitratur. Putat etiam eum fratrem suum natu minorem (Franciscum) vices sui gerentem legitime nominare posse. Memorat quoque casum in historia Poloniae antecedenter eventum, cum rex Sigismundus II Augustus, Sigismundi I Vetusti filius, vivente patre rex Poloniae nominatus esset. Eiusmodi consilium, in summo secreto conceptum et servatum, intimum Vincentii Lauro consiliarium, mox in Galliam profecturum, palam et prolixè explicaturum esse addit. Suadet, ut incolumitatis et securitatis causa Henricus vel frater eius Franciscus in Poloniam per mare iter faciant. Naves enim regis Daniae (Friederici II) impedimento eis non fore, naves autem amicitia iuncti regis Suetiae (Ioannis III Vasa) certo eos esse adiuturas. In navibus 4 milia Vasconum in Poloniam venire posse, qui una cum 10 ad 12 milibus bene armatorum equitum Polonorum effecturi sint, ut rex Galliae iterum tute ac secure Regno Poloniae potiri possit.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 205r-208v.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 59v-62r cum titulo: "Ala Reina Madre di Varsovia ali VI d'Ottobre 1574 mandata in cifra a Roma".

Madama,

Io non ho mancato in questa carica, insino dal principio, che arrivai in Polonia, fare la servitù, che per il comandamento di N.ro Signore et per l'antica divotione del'animo mio doveva et desiderava verso la Maestà del Re, né

lascierò al'avvenire di continuarla con la fede, affettione et osservanza tale, che non sarà (come spero) discara a V.ra Maestà, ala quale con l'occasione del ritorno del secretario Gentiano in Francia³¹, ho voluto con questa mia far humilissima riverenza et darle aviso che in questa Convocatione, come che non si sia proceduto con tutta quella circospettione che conviene nondimeno per la constanza dell'ordine ecclesiastico et massime dell'Arcivescovo Gnesnense^{a)}³², n'è riuscito manco male di quello che si temeva; impe-roché egli come capo dela Congregatione ha protestato contra tutti gli articoli giurati in Parigi³³, et non ha approvato cosa veruna che sia stata fatta qui. Per il che viene ad annullarsi il Decreto che s'è concluso, nel quale s'afferma che ci sia il consentimento di tutti et pure ci manca il principale, ciò è l'approvazione col sigillo et sottoscrizione di esso Arcivescovo, il quale si come per il passato [205v] la servitio di Dio et di Sua Maestà ha tuttavia esseguito quanto gli è stato ricordato in nome di Sua Santità, così spero che esso continuerà al'avvenire, oltre che vi sono molti Signori Cattolici secolari, che hanno ricusato mettervi li lor sigilli.

Et perciò che questi Signori hanno mandato il sodetto decreto per esser approvato da Lituani, li quali per tal rispetto hanno intimata tra loro un'altra Convocatione in Vilna, non s'è mancato dal canto mio inviar subito in Lituania il padre Varsoviki, Giesuita³⁴, persona nobile et di autorità, il quale porte al Vescovo di Vilna³⁵, primo Senatore di quella Provincia, al Sig. Cotquevisci³⁶ et al Duca d'Olica³⁷, principali Cattolici, le mie lettere et insieme alcuni Brevi credentiali di N.ro Signore^{b)} et a nome mio persuada li detti Signori a far opera che non s'approvi il decreto, o almeno adheriscano ala protesta dell'Arcivescovo. Le ragioni dal canto del Re sono assai et sufficientissime; ma il tutto consiste che Sua Maestà possa venire qua, perché senza la sua presenza non pare che sia per hora possibile conservare sotto di se questo Regno.

Quanto alla Francia, in tempo che ella stava unita nela Religione Cattolica, soleva esser obedientissima al Re. Ma hora con la occasione di queste nuove [206r] opinioni, parendo a gli ambiziosi et turbulenti poter coprire la loro fellonia sotto il velame dela Religione, resteria ancora il modo di tirar il popolo ala seditione. Là onde per alcuni anni il Regno sarà sottoposto a si-

³¹ Alias ignotus secretarius Henrici Valesii, qui in litteris Vidonis (Guidonis) de Pibrac 20 V 1575 ad Henricum datis occurrit tamquam thesaurarius regius in Poloniam profectus; cfr. Champion-François II, p. 156.

³² Iacobus Uchański (1502-1581), epus Chelmensis ab a. 1551, nominatus Vladislaviensis a. 1557, aepus Gnesnensis ab a. 1562; cfr. ANP IX/1, passim.

³³ Cfr. ANP IX/1, N. 43.

³⁴ Stanislaus Warszewicki (ca 1530-1591), secretarius regius ab a. 1556; iam canonicus Gnesnensis et Posnaniensis a. 1568 novitiatum Societatis Iesu ingressus est. Anno 1574 ablegatus pontificius Stocholmiam missus, unde mense Septembri eiusdem anni revertit.

³⁵ Valerianus Protasewicz.

³⁶ Ioannes Chodkiewicz (1537-1570), ab a. 1566 marescalcus Magni Ducatus Lithuaniae et gubernator Livoniae.

³⁷ Nicolaus Christophorus Radziwiłł, dictus "Orbus".

mili pericoli. Et con tutto ciò la Maestà V.ra, con la pietà, valore et grandezza del'animo suo, in tali^{c)} sollevationi ha per la gratia di Dio potuto eseguir quello che a i Re etiamdio potentissimi non è stato concesso a nostri tempi, cioè è difendere et conservare il Regno intiero ai suoi Ser.mi figlioli et in oltre in mezzo le seditioni interne, fra le armi, et tra le insidie domestiche ha guadagnato un'altro Regno non men grande et potente che la Francia, in competenza de i maggiori Re et potentati del'Europa.

Per il che hora che li capi delle seditioni sono per la maggior parte estinti, o si trovano nella possanza del Re, non s'haveria a dubitare che la Maestà V.ra non possa sostenere la cura et il governo del Regno per il tempo che il Re dovesse fermarsi in Polonia per accommodare et stabilirsi all'avvenire il dominio di questo Regno. Et debbiamo sperare fermamente che per il bene grandissimo che ne succederebbe a tutto il Christianesimo [206v] della congiunzione et unione di questi due Regni sotto un Re magnanimo et valoroso, il Signor Dio si degnerà conservare la Maestà V.ra et valersi per molti anni ancora del'heroiche et santissime virtù del'animo suo; le quali non dovranno mai permettere che in lei habbia maggior forza l'affetto materno a ritenere il Re, suo figliolo, in Francia, che la ragione et la gloria a concedergli che se ne venghi in Polonia per conservare un Regno; dove se per la tranquillità delle cose di Francia potrà starvi lungamente, haveria senza dubbio veruno occasione di diventare il più potente^{d)} Principe del nostro secolo; ma quando per la qualità de tempi non potesse farmi lunga dimora, haverà nelo spatio di due anni solamente, et forse manco con sua grandissima riputatione il modo d'assicurarsi il Regno et esser all'avvenire Re di Francia et di Polonia, et in sua assenza haver qui Re, Monsignor suo fratello³⁸; con la riservatione del governo intiero del Regno in caso che voglia farvi la residenza, come fu al tempo di Sigismondo primo³⁹, il quale fece coronare in vita sua il figliolo Sigismondo ultimo⁴⁰, et visse Re molti anni dopo.

Questa [207r] pratica è per riuscire senza gran difficoltà, pur che si tratti secretissimamente, perché scoprendosi avanti il tempo, si renderia difficilissima. Non l'ho comunicata, eccetto al Secretario^{e)} et al Sig. Varchovichi⁴¹, fratello del sodetto padre, il quale è servitore constantissimo del Re, et bisognava a tutti modi fidarsi d'un gentiluomo Polacco. La persona del detto Secretario, per haver usata la diligenza in arrivare qui in tempo de i maggiori bisogni^{d)} ha giovato assai. Ma dopo questa Convocatione, non essendo per apportare cosa di rilievo, farà (come mi persuado) maggior servizio che se ne venga in corte con diligenza per avvertire il Re la Maestà V.ra dele cose di qua, in particolare del modo che s'ha a tenere per il successo dela sudetta pratica. Egli mi pare atto ali negotii, è amorevole, diligente et

³⁸ Franciscus (1554-1584), dux Alenonii, filius Catharinae Mediceae, frater regis Henrici Valesii.

³⁹ Sigismundus I Jagellonides (1467-1548), rex Poloniae ab a. 1506.

⁴⁰ Sigismundus II Augustus (1520-1572), rex Poloniae ab a. 1548.

⁴¹ Christophorus Warszewicki (1543-1603), secretarius regis Henrici Valesii.

accorto in servire, talché spero che haverà a soddisfare in questa cariga tanto importante.

quale s'è poi partito verso Italia, et avanti non mancò di venire a Varsovia et licentiarisi dalla Infante. La quale cosa da molti fu interpretata ch'egli fusse venuto per trattare il matrimonio con la detta Infanta, et di già il segretario istesso del Re me haveva detto d'haver udito questo dall'Ambasciatore di Suetia¹⁵⁸. Dopo si levò a fatto da questa opinione, vedendo che l'Ambasciatore istesso haveva scusato il suo Principe, et che di già si metteva in viaggio per ritornarsene in Italia.

Hora io ho inteso dal mio, ch'è ritornato di Cracovia, che questa voce va tuttavia continuando in quella città. Per il che non voglio lasciar di avvisare la Signoria V.ra Ill.ma, per quanto posso considerare donde è nata questa opinione. Un gentilhuomo Polacco^{k)} ¹⁵⁹, il quale ha per moglie una sorella del Conte di Tencin¹⁶⁰, s'è allevato appresso il padre [217v] del Sig. Duca di Ferrara, et per l'affettione antica che ha con la casa d' Este, et per la speranza che haveria di diventar grande, ha fatti et credo che faccia di continuo gagliardi officii. Egli è gentilhuomo di non molta auttorità et d'alcuni anni in qua è diventato heretico et è amicissimo del Palatino di Cracovia¹⁶¹, et con il lodare et dar speranze, come si suole, può facilmente spargere, continuare et accrescere questa voce tra il popolo. Io non ho sentito ragionarne in altro luogo che in Cracovia. Il detto gentilhuomo^{l)} è stato altre volte posto sì avanti appresso il Re per esser mandato Ambasciatore a rallegrarsi con li Principi d'Italia, che si teneva da tutti che dovesse andare al sicuro. Io fui constretto, per honor di Dio et del Re, operare sì apertamente contra di lui che la pratica si raffreddò affatto. Et per questo rispetto tra gli heretici egli è quello che m'ha fatte grandissime persecutioni. Et il Sig. Laschi¹⁶², in tempo che il Re se n'andò di Cracovia, mi haveva avvertito che costui s'ingegnava di sollevar tutti gli altri heretici contra la persona mia^{m)} con proporre di tagliar a pezzi, con molte altre bestialità. Finalmente alcuni Signori procederono contra di lui insino a bravarlo. Et questo è, [218r] in somma, quello che ne ho inteso sopra di ciò. Hora se per questa via l'Ambasciatore di Ferrara sia entrato in qualche speranza, darà occasione di pensare al suo Principe, il quale come Signor prudente et valoroso a gran pena vorrà mettersi a praticare una cosa incerta, con la certezza di entrare in diffidenza con lo Imperatore et col Re Christianissimoⁿ⁾, con li quali si trova haver stretto parentado, amicitia et interesse.

Si è questi giorni fatto il convento del Palatinato di Posnania in Vorda¹⁶³, dove in somma la maggior parte deli Nuntii Terrestri furono heretici,

¹⁵⁸ Andreas Lorichius.

¹⁵⁹ Christophorus Lanckoroński († 1599), castellanus Malogostensis ab a. 1567, castellanus Radomiensis ab a. 1589.

¹⁶⁰ Ioannes Tęczyński.

¹⁶¹ Petrus Zborowski († 1581), castellanus Sandomiriensis ab a. 1568, palatinus Cracoviensis ab a. 1574.

¹⁶² Albertus Łaski.

¹⁶³ Conventus palatinatus Posnaniensis (post Convocationem Varsaviensem celebratus) congregatus est in oppido Środa 29 X 1574; vide: *Akta sejmikowe województw poznańskiego i kaliskiego*

dei Cattolici due fratelli si sono portati costantemente, ciò è il Capitano generale di Posnania et il Referendario Carncoschi¹⁶⁴. Il Castellano Gnesnense¹⁶⁵, heretico primario, ragionandosi contra li Vescovi et l'ordine ecclesiastico, che non comparivano in simili conventi, prese la parte in favore degli ecclesiastici, scusandoli che essi havevano ragione di non voler esser presenti, perché non si teneva conto alcuno di loro, et bene spesso se gli faceva ingiuria et con parole et con fatti, et maxime in denegargli le decime, adducendo che per il bene dela lor republica era necessario difendere la dignità del'ordine ecclesiastico, il quale era quello che manteneva la libertà del Regno contra la licenza et possanza dei Re. [218v] Là onde bisognava che questa Republica si conservasse con li medesimi ordini et leggi, con le quali fu dal principio fondata, ciò è con haver in osservanza l'auttorità ecclesiastica.

In somma, l'ambizione ha gran forza negli huomini. Egli è et vuol essere uno deli Piasti non sospetti. S'è poi d'altri heretici ragionato contra l'ordine de' Padri Gesuiti come turbatori dela pace publica et che persuadono i popoli a sollevamento per il che si propose che si dovriano scacciare da Posnania¹⁶⁶, et metterli ad habitare fuori dela città, ma non si venne a deliberation veruna sopra ciò. Hanno poi conclusa una forma de giudicii, ciò è che nele cause civili l'ultima cognitione sia nel detto Palatinato, et nele criminali al Re, quisquis futurus tandem sit. Et hanno scritto agli altri Palatinati eshortandoli a far il medesimo, li quali dovranno celebrare i loro conventi circa la festa di San Martino¹⁶⁷. S'intende che il Marchese di Mazbac^{168o}, il quale li mesi passati fu in Polonia^p) a visitare il Re, si fa chiamare et si scrive Duca di Prussia¹⁶⁹, donde ci è qualche sospetto che li Prussi faccino pratica con lui di levarsi dala obediencia di questa Corona.

a) *In registro verbum omissum.*

b) *In registro additum:* a Scarga

c-c) *In registro legitur:* una a Vilna per affrettare il ritorno del prefato suo nipote

d) *In registro additum:* della persona

e) *In registro verbum omissum*

f-f) *In registro legitur:* il Vescovo di Cracovia

g-g) *In registro legitur:* al Nuntio

h) *In registro adscriptum pro expuncto:* egli

i) *In registro verbum omissum.*

j) *In registro additum:* chiamato Iarzina

k) *In registro additum:* Castellano di Malagoshi

l) *In registro legitur:* castellano

m) *In registro legitur:* del Nuntio

n) *In registro legitur:* di Francia

o) *In registro legitur:* d'Anzbac (scil. d'Ansbach)

p) *In registro legitur:* Cracovia

[Acta conventuum palatinatum Posnaniensis et Calissiensis], T. 1 (1572-1632), cz. I:1572-1616, ed. Włodzimierz Dworzaczek, Poznań 1957, p. 21.

¹⁶⁴ Stanislaus Sandivogius Czarnkowski (1526-1602), referendarius Regni a. 1567-1576.

¹⁶⁵ Ioannes Tomicki (ca 1510-1575), castellanus Gnesnensis ab a. 1570, fautor fratrum Bohemorum ab a. 1563.

¹⁶⁶ Sermo est de tumultibus contra Iesuitas Posnaniae concitatis; cfr. Załęski, T.4, pars 1, p. 57.

¹⁶⁷ Id est 11 XI 1574, dies celebrationis conventuum "postconvocationalium", in Convocatione.

¹⁶⁸ Georgius Fridericus Hohenzollern (1539-1603), marchio Brandenburgensis-Ansbacensis ab a. 1534.

¹⁶⁹ Albertus Fridericus Hohenzollern (1553-1618), dux in Prussia ab a. 1568.

N. 189.

Vincentius Lauro
Ioanni Piotrowski, officiali Posnaniensi

Skierniewice, 18 XI 1574.

Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Matthiam Wielski a Mogielin, perpetuum vicarium ecclesiae Sancti Ioannis Varsaviensis, qui tempore litis cuiusdam in familia exortae invitus fratrem suum germanum interemit et inscius impedimenti canonici ex huiusmodi facinore profecti ordinem presbyteratus suscepit.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 35r-37r.

Vincentius *etc.*, [ut in N. 164] dilecto nobis in Christo officiali Posnaniensi¹⁷⁰, salutem, in Domino sempiternam. Sedes Apostolica, pia mater, personis ad eam post excessum cum humilitate recurrentibus libenter se propitiam exhibet et benignam ac eos gratioso favore prosequitur, quibus ad id propria virtutum merita alias laudabiliter [35v] suffragantur. Sane dilectus nobis in Christo Mathias Wielsky a Mogelin, perpetuus Vicarius Ecclesiae Sancti Ioannis Oppidi civitatis nuncupati Varsaviensis Posnaniensis dioecesis¹⁷¹, nobis nuper exposuit, quod duodecim abhinc annis vel circa, cum ipse tunc laicus, sed vestibus talaribus indutus, cum quodam suo fratre germano ac aliquot aliis honestis viris cervisiam in hospitio publico in oppido Bielsko Plocensis dioecesis (cuius in ecclesia Cantoris munus obibat) a prandio biberet, unus cum quo antea iurgia habuerat, ac quidam adolescens sutor inde oriundus, nonnullique alii illuc simul ingressi, statim coeperunt inhonesta verba et iniurias in eum proferre, occasionem (ut dicebatur) quaerentes ipsum vel occidendi vel saltem vulnerandi. Is vero, vitae suae ob id timens, sibi prospecturus cum dicto suo fratre inde ad aliud hospitium discessit, quo ubi primum pervenit, ei relatum est dictos iurgatores ad fores anteriores adesse insidias illi parantes. His auditis, per posteriores fores in aliud hospitium publicum secessit. Verum insidiatores, hoc rescientes, eo quoque illum insecuti sunt; atque, dum irent, dictus primus iurgator bono cuidam civi, quonam sese proriperet interroganti, eo (inquit), ut Cantorem interficiam.

Unde tam temerari dicti et instituti ipse civis illum severe redarguit, et ut a furore temperaret, benigne admonuit. Porro interea sutor et reliqui ad

¹⁷⁰ Ioannes Piotrowski († ante 1578), officialis Posnaniensis ab a. 1571.

¹⁷¹ Ecclesia collegiata s. Ioannis Baptistae Varsaviae (nunc ecclesia cathedralis archiepiscopalis), tunc ad dioecesim Posnaniensem pertinebat (cfr. Nowacki, p. 300).

dictum tertium hospitium perrexerunt, in cuius hypocausto invenerunt dictum Mathiam cervisiam potantem, eumque invitarunt ad aliquid temporis foliis lusoriis insumendum, qua in re ob timorem eis annuit. Nihilominus, ubi parumper lusum est, animadvertens data opera lusum ad iurgia institutum, ab eo abstinere volens a mensa recessit, et (inquit) scio advenistis, sed nihil facietis. Atque tum per hypocaustum deambulare cepit, ut repentino discessu securitati suae consuleret, ac inter deambulandum dictum sutorem clava stipatum et ibidem quoque deambulantem interrogavit: cur ita deambulas hac clava stipatus? Ille vero [36r] respspondit: tu gladio et ego clava stipati sumus, atque ipsum Mathiam, tum exire volentem, per vestes una manu prehensum sistere, alia autem clava ferire voluit.

Quare idem Mathias, quo talem violentiam reprimeret, gladium evaginavit, eoque dictum sutorem unico vulnere in capite effecit ac confestim inde aufugit. Ipse vero sic vulneratus tandem post quadraginta et forte plures dies (quemadmodum Domino placuit) e vivis excessit. Deinde vero ipse Mathias ignorans ad ecclesiasticos ordines aditum ob praemissa sibi praecclusum esse, fervore devotionis accensus, nulla alia quam sacramentali in foro conscientiae absolute nullaque dispensatione obtentis, sese clericali characteri insigniri et ad quatuor minores ordines promoveri, necnon unam ex duodecim vicariis dictae Ecclesiae Sancti Ioannis, certo tunc expresso modo vacantem, sibi conferri alias canonice obtinuit.

Cum autem, sicut subiungebat idem Mathias, in dicti defuncti mortem (de qua aliter, quam ut praefertur, culpabilis non fuit) nunquam aspiraverit, sed de ea et aliis praemissis plurimum doluerit et doleat, ac a similibus in posterum abstinere proponat, necnon cum patre et fratribus dicti defuncti super praemissis amicabiliter composuerit, ideoque ab illis absolvi, ac fervore devotionis inductus ad reliquos sacros et presbiteratus ordines (ad quos brevi suscipiendos, ratione dictae Vicariae, arctatus existit) pro atque in iis promotus deinceps Altissimo famulari summopere desiderat, nobis humiliter supplicavit, ut de absolutionis beneficio ac dispensationis gratia aliasque in praemissis sibi providere misericorditer dignaremur.

Nos igitur ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate suffulti, attendentes Ecclesiam catholicam, piam matrem, misericordiae gremium nemini unquam claudere, ac volentes eundem Mathiam, alias apud nos de vitae ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis [36v] multipliciter commendatum, horum intuitu specialibus favoribus et gratiis prosequi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit (dummodo in iis per annum non in-sorduerit), ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Discretioni Tuae per praesentes mandamus, quatenus (si ita est ut

praenarratur) eundem Mathiam (si id a te humiliter petierit) ab homicidii reatu ex excessibus huiusmodi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propter praemissa aut ex quo censuris sic ligatus divinis participavit, quomodolibet incurrit, apostolica autoritate nobis specialiter attributa in utroque foro absolvas in forma Ecclesiae consueta, iniunctaque ei pro modo culpa poenitentia salutari et aliis, quae fuerint de iure iniungenda, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam, per eum ob praemissa quomodolibet contractam et in eum insurgentem, ab illo auferas et in eo aboleas necnon ipsum in eum, in quo ante praemissa quomodolibet erat, statum restituas ac plenarie reintegres.

Necnon demum suffragantibus sibi meritis, ac alio canonico impedimento non obstante, ut ad omnes sacros etiam presbiteratus ordines, etiam (si, ut praefertur, arctatus sit) extra tempora ad hoc a iure statuta alias rite promoveri et in iis sic promotus etiam in Altaris ministerio ministrare ac quaecunque et qualiacunque (quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem aestimationem valorem annum non excedant) beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiamsi Canonicatus et Praebendae, Personatus, Administrationes vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, aut parochiales Ecclesiae vel earum perpetuae Vicariae fuerint, si sibi alias canonicè conferantur aut eligatur, praesentetur ^(a-vel alias assumatur-a) ad ea et instituantur in eis, recipere et unum eorum aut (cuius fructus, redditus et proventus [37r] quinquaginta ducarorum similium secundum extimationem praedictam valorem annum non excedere ac ex iis se nihil indebite percepisse asserit) dictam Vicariam retinere libere et licite valeat, de specialis dono gratiae dispenses. Non obstantibus praemissis ac felicis recordationis Bonifacii Papae VIII¹⁷² aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictarum Ecclesiarum iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Squiernevicii Gnesnensis dioecesis, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto, Quintodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*
Omnino gratis

^{a-a)} *Adscriptum in margine manu Iosephi Monachi.*

¹⁷² Bonifatius VIII (Benedictus Caetani), pontifex maximus a. 1294-1303.

**Card. Tholomaeus Gallio
Vincentio Lauro**

Romae, 20 XI 1574.

Nuntiat summo pontifici placuisse nuntium Vindobonensem (Ioannem Dolfin) colloquiis cum imperatore (Maximiliano II) supersedissee, sicut nuntius in Polonia (Vincentius Lauro) per litteras notis arcanis exaratas ei proposuerit. Significat papam candidaturae archiducis Ernesti favere paratum esse, dummodo rex (Henricus) in Poloniam non revertatur aut nova regis electio ibi promulgetur. Quapropter eo temporis momento necessarias esse crebriores informationes a nuntio Vindobonensi mittendas, qui accuratius imperatorem edoceat de ratione et modo agendi Gallorum, de quo nuntius in Polonia per litteras "cifratas" Romam certiozem facturum sit.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 171 f. 483 r-v. In f. 488v alia manu: "Del Sig. Card. di Como con la lettera di 20 di Novembre" et sequitur expunctum: "Risposta a 15 di Dicembre 75" (s.); f. 485r-v, or. cifra.

Min.: (Notis secretis exaranda) AV, Nunz.Pol. 172 f. 190r-v.

- **Ed.:** Bues NBD III/7, p. 710 (in nota).

A N.ro Signore è piaciuto che Mons. di Torcello¹⁷³ habbi sopraseduto di riferire all'Imperatore¹⁷⁴ quello che V.ra Signoria gli ha scritto con la sua cifra¹⁷⁵, perché tale ambasciata non potrebbe dar sorte alcuna di piacere all'Imperatore, ma sì ben poco in qualche sospetto de' fatti nostri. Quando il tacere non porta nocumento è sempre meglio il tacere, né si ha mai a venir a dir cosa che dispiaccia, se non per gran necessità. La quale non è di presente, ben è parsa buona, prudente et reale la resolutione di V.ra Signoria et in quella doverà stare, ma non per questo havemo a dirlo all'Imperatore, se lui non celo ricerca. Gli officii che adesso si facessero, sarebbono tutti fuor di tempo et senza frutto, ma quando sarà il tempo dele facende all'ora ben potrà V.ra Signoria mostrare inclinatione et favorire il Prencipe Hernesto¹⁷⁶ senza offendere in cosa alcuna il Re Christianissimo, dovendosi parlar sempre con quella conditione, quando si habbia a venire a elettione nuova et che il Re Christianissimo non possa o non voglia ritenere il Regno.

Però N.ro Signore desidera che V.ra Signoria, secondo la commissione havuta, favorisca quanto potrà vel modo sopradetto il Prencipe Hernesto, et

¹⁷³ Ioannes Dolfin; cfr. Dolfin ad Gallium, 24 X 1574 (Bues NBD III/7, p. 666).

¹⁷⁴ Maximilianus II.

¹⁷⁵ Cfr. N. 179.

¹⁷⁶ Ernestus Austriacus.

che insieme dia continuamente avisi di quel che passa a Mons. di Torcello, [483v] essendo così solito di farsi tra li Nuntii almeno vicini et che sono appresso di Prencipi tra li quali passano interessi di stato.

Mons. di Torcello poi riferirà al' Imperatore quello che gli parerà essere bene et non più oltre, né credo che lascerà penetrare a Francesi che V.ra Signoria habbia dati tali avisi. E ben necessario che sia dato buon ordine che le lettere non siano intercette et che il tutto si scriva in cifra.

N. 191.

Card. Tholomaeus Gallio
Vincentio Lauro

Romae, 20 XI 1574.

Significat se litteras eius 26 et 28 IX et 6 X datas accepisse. Mentionem etiam facit epistularum nuntii Vindobonensis (Ioannis Dolfin) de candidatura archiducis Ernesti scriptarum.

Or.: AV, Nunz. Pol. 171 f. 484r. In f. 487 v inscriptio, vestigium sigilli et annotatio: "Ricevuta a 15 Decembre 1575 (s)".

Min.: Av Nunz. Pol. 172 f. 189r.

- **Ed.:** Bues NBD III/7 p. 710 nota.

Molto Rev.do Monsignore come fratello.

Sabbato passato scrissi a V.ra Signoria accusando solamente la ricevuta dele sue lettere deli XXVI et XXVIII di Settembre¹⁷⁷, et deli VI del passato¹⁷⁸ con le scritture et fogli, che erano con essi. Hora circa quello, che lei ha scritto a Mons. di Torcello¹⁷⁹, et da lui le è stato risposto, mi occorre di dirle quel che lei vedrà nel incluso foglio. Con che resto offerendomele di core et pregandole dal Signor Dio ogni bene. Di Roma a li XX di Novembre 1574. Di V.ra Signoria Rev. ma

(^a-come fratello amorevole
il Cardinale di Como^a)

^{a-a}) *Autographum.*

¹⁷⁷ Error amanuensis in scribendo dato patratu; agitur de litteris 23 et 27 IX datis; cfr. ANP IX/1, N. 159-162.

¹⁷⁸ Cfr. N. 169.

¹⁷⁹ Ioannes Dolfin (vel Dolfino); cfr. Bues NBD III/7, p. 710.

Vincentius Lauro
universis christifidelibus

Skierniewice, 21 XI 1574.

Ad petitionem Andreae Cybulek, presbyteri dioecesis Gnesnensis, impertit indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum omnibus, qui die festo s. Barbarae (4 XII) et die festo sanctorum Andreae et Benedicti (16 VII) capellam sub invocatione et patrocinio s. Barbarae, in curia oppidi Skierniewice Gnesnensis dioecesis sitam, pie et devote visitaverint.

Reg.: AV, Nunz. Pol. 396 f. 37r-v.

Vincentius, etc., [ut in N. 164], universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Nostro muneri congruum est, ut Christi Domini Nostri gregem ipsi summo Pastori gratum atque acceptum servitutis et obedientiae cultum exhibere procuremus. Id autem praestari commodius poterit, si eum ad devotionem erga loca in sanctorum honorem dicata excitandam spiritualium gratiarum donis invitemus, quo eorundem Sanctorum intercessione optatam felicitatem consequatur.

Cupientes igitur, ut Capella sub invocatione et patrocinio Sanctae Barbarae in hac curia oppidi Squiernevicii¹⁸⁰ Gnesnensis dioecesis, et domo nostrae solitae residentiae fundata (ad quam dilectus nobis in Christo Andreas Cybulek, praesbiter dictae dioecesis, nobis exposuit se singularem gerere devotionis affectum) in debita veneratione habeatur, et a Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, illique eo libentius devotionis causa ad eam confluant, quo [37v] exinde maioribus spiritualibus donis conspexerint se refectos, ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras sufficienti facultate muniti, et de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui (triennio proximo durante) dictam Capellam quarta Decembris eiusdem Beatae Barbarae et sextadecima Iulii Sanctorum Andreae et Benedicti confessorum festis diebus, a primis vespers usque ad secundas vespers et occasum solis cuiusque dierum eorundem devote visitaverint, et pro unione Principum Christianorum et fidei Catholicae propagatione preces Altissimo effuderint, quo die ipsorum id fecerint, septem annos et septem quadagenas de iniunctis eis poenitentiis, seu quae merito iniungi deberent, misericorditer in Domino relaxamus per praesentes.

¹⁸⁰ Skierniewice, alterum domicilium aeoporum Gnesnensium, 25 chiliometris a Lovicio distans.

Ut autem ipsi fideles gratiae huius participes melius effici queant, illis, ut pro dictorum dierum quolibet quoscunque ex approbatis ab Ordinario presbiteros, qui, eorum confessionibus diligenter auditis, ipsos in omnibus et quibuscunque casibus etiam dictae Sedi reservatis (non tamen contentis in litteris die Cenae Domini¹⁸¹ legi consuetis), necnon excommunicationibus, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propterea quomodolibet incurrerint, absolvere, iniuncta eis pro modo culpa poenitentia salutari, necnon vota quaecunque (ultramarino, visitationis liminum dictorum beatorum Petri et Pauli de Urbe, Beatae Mariae de Laureto, Sancti Iacobi in Compostella, Castitatis et Religionis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant, eligendi facultatem concedimus et elargimur.

Praesentibus post praefatum triennium minime valituris. Volumus autem, quod si aliqua alia indulgentia dictae Capellae in perpetuum vel ad tempus nondum elapsum per antedictam Sedem seu illius autoritate concessa repariatur, praesentes litterae nullius sint roboris vel momentu. Datum in oppido Squiernevicii, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto, Duodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc*
Omnino gratis

N. 193.

Vincentius Lauro **Francisco Sunyero, praeposito provinciali Societatis Iesu**

Skierniewice, 25 XI 1574.

Significat se 9 XI per puerum marescalci Nicolai Christophori Radziwiłł litteras patris Petri Skarga, 21 X datas, accepisse. Nuntiat eundem patrem Skarga, qui aegroti rectoris Collegii Vilnensis Societatis Iesu (Stanislai Warszewicki) vices gerat, de orthodoxa et incorrupta fide catholicorum Lithuanorum sollicitum esse, cuius rei testimonium esse possit, quod nuntii terrestres Lithuani in conventu ipsorum Vilnensi (27 X celebrato) confoederationi de religione minime faverint neve eam accipere voluerint.

Or.: Roma, ARSI, Epistolae Externorum, vol 12 f. 284r-v (inscriptio deest).

¹⁸¹ Sic breviter et communiter appellabantur excommunicationes, ecclesiasticae sententiae et aliae poenae, quae de more feria quinta Hebdomadae Sanctae (a. 1574 die 8 IV) promulgabantur, a quibus solus papa absolvere potuit.

Admodum Rev.de Pater¹⁸², tanquam frater carissime et honorissime. Quas ad me Rev.us Pater Scarga nona die Novembris scripsit¹⁸³, puer Ill.mi D.ni Marescalli Radzivilii¹⁸⁴ nudius tertius mihi reddidit. Quae vero ab eodem sunt 21 Octobris datae, eas una cum litteris Paternitatis V.rae Rev.dae complicatas accepi¹⁸⁵. Ex iis binis copiose intellexi illum, quaecumque eo nomine a Rev.do Patre Varsevicio¹⁸⁶ fidei Catholicae gratia in mandatis haberat, accurate et diligenter non modo procurasse, sed etiam praestitisse. Quod certe ex iis, quae in Conventu Vilmensi¹⁸⁷ nuper acta sunt, cognitum ac perspectum habeo; ubi nihil, quod religionis incolumitati adversetur, statutum fuit. Quin confoederatio ipsa, quam in tabulas referre haeretici contenderant, ex albo expuncta est¹⁸⁸.

Immensas igitur quas possumus Deo Immortali gratias agere debemus, divinumque eius numen assidue precari, ut quod prospere ceptum est, maiora in dies incrementa suscipiat. Ego quidem non deero, quin ardens ac praestantissimum huiusmodi vestrum in orthodoxa fide, ac Rempublicam Christianam studium pro meo munere foveam; meisque literis S.mo Domino Nostro particulatim significem¹⁸⁹. De eodem Religionis negotio nonnulla rescripsi eidem Patri Scargae, quae ipsi Patri Varsevicio communia esse volo; ut simul scilicet (quoad eius fieri poterit) curent Procerum illic catholicorum studia excitare; ut illorum autoritate quod in conventu Vilmensi sapienter deliberatum est, in proximis Regni Comitiiis celebrandis rite decernatur¹⁹⁰; atque id [284v] factu nequaquam difficile esse ostendi. Qua in re velim Paternitatem V.ram suos commilitones in Domino cohortari non desinat. Fasciculum litterarum Ill.mo Cardinali Varmiensi¹⁹¹ inscriptum primo quoque tempore Romam perferendum curabo. Cupio Paternitatem V.ram Reverendam bene valere ac mei in Sanctissimo Altaris sacrificio memorem esse. Datum Squiernevicii Die 25 Novembris 1574.

Paternitatis V.rae Reverendissimae

Tanquam frater amantissimus
Vincentius, Episcopus Montisregalis
Nuntius Apostolicus.

¹⁸² Franciscus Sunyer (ca 1532-1580), Hispanus, "comprovincialis" Societatis Iesu in Polonia (ab a. 1567); cfr. ANP IX/1, p. 304.

¹⁸³ Petrus Skarga; litterae eius 21 X datae a nobis ignorantur.

¹⁸⁴ Nicolaus Christophorus Radziwiłł.

¹⁸⁵ Epistulae huiusmodi repertae non sunt.

¹⁸⁶ Stanislaus Warszewicki.

¹⁸⁷ Collegium Societatis Iesu Vilmense a. 1570 conditum erat.

¹⁸⁸ Hic sermo est de Confoederatione Varsaviensi a. 1573, mense Septembri a. 1574 rata et confirmata.

¹⁸⁹ Cfr. N. 196.

¹⁹⁰ Agitur de actione Confraternitatis Corporis Christi, a. 1573 a Petro Skarga conditae, qui sibi imprimis proponebat haereticos ad fidem catholicam convertere. De actione eiusdem Confraternitatis in confutanda doctrina Calvinii de symbolica tantum Christi in Eucharistia praesentia disputatum est in Comitiiis Convocationis a. 1574 celebratis. Vide: Natoński, p. 453-456.

¹⁹¹ Stanislaus Hosius (1504-1579), epus Culmensis ab a. 1549, epus Varmiensis ab a. 1661, card. ab a. 1561.

N. 194.

Vincentius Lauro**Lucae Slupski, rectori ecclesiae parochialis in Slupia**

Skierniewice, 26 XI 1574.

Certiozem reddat rectorem ecclesiae parochialis in Slupia dioecesis Plocensis eum ante obtinendam paroeciam post mortem Laurentii Mieczkowski vacantem speciale examen a Concilio Tridentino praescriptum superare debere. Nuntiat munere examinerum eius functuros esse canonicum Plocensem (Stanislaum Itowski) et officialem Plocensem (Paulum de Małolin).

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 39r-v.

Vincentius, [etc. ut in N. 164], dilecto nobis in Christo Lucae Slupski, Rectori parochialis Ecclesiae loci de Slupia¹⁹² Plocensis dioecesis, salutem in Domino sempiternam. Vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fide digno etiam dilectorum nobis in Christo examinerum per nos (cum nulli, sicut esse deberent, in Synodo dioecesana Plocensi, iuxta formam Concilii Tridentini¹⁹³, adhuc designati sint) ad hoc in dioecesi Plocensi deputatorum, nullis aliis die praefixa ad examen huiusmodi concurrentibus, examinatum et ad hoc idoneum esse attestantium testimonio commendaris, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque (sicut accepimus) parochialis Ecclesia loci de Slupia dictae dioecesis, quam quondam Laurentius Mieczkowski¹⁹⁴, olim illius Rector, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Laurentii, qui extra Romanam^{a)} curiam de mense Septembri proxime praeterito diem clausit extremum extra eandem Curiam, et infra limites nostrae Legationis vacaverit et vacet ad praesens, Nos, ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti, tibi, clerico Posnaniensis dioecesis¹⁹⁵, praemissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis (dummodo in iis per annum non insordueris), ad

¹⁹² Slupia, pagus parochialis in decanatu Plocensi situs (paroecia erecta erat a. 1379).

¹⁹³ Decretum Concilii Tridentini (sessio XXIV, can. 18 de reformatione) iniungebat, ut episcopi saltem tres examinatores constituerent, qui de idoneitate promovendorum ad beneficia parochialia certiores eos facerent (cfr. *Concilium Tridentinum* IX, p. 986).

¹⁹⁴ Cfr. ANP IX/1, N. 163.

¹⁹⁵ Error amanuensis pro: "Plocensis dioecesis".

effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censes, Ecclesiam praedictam, cuius et illi forsan annexorum fructus, redditus, et proventus quinquaginta ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum (a-(ut asseris)-a) non excedunt, sive ut praemittitur, sive alias quovis modo, ut ex alterius cuiuscunque persona vacet (dummodo tempore datae praesentium non sit in ea alicui specialiter ius quaesitum), cum annexis huiusmodi ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica autoritate nobis specialiter attributa tibi conerimus et de illa etiam providemus.

Quocirca dilectis nobis in Christo Decano¹⁹⁶ [39v] et Stanislao Iłowski¹⁹⁷, Canonico Ecclesiae Plocensis ac Officiali Plocensi¹⁹⁸ per praesentes mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem parochialis Ecclesiae et annexorum iuriumque et pertinentiarum praedictorum inducant autoritate praefata et defendant inductum (amoto exinde quolibet illicito detentore), facientes tibi de parochialis Ecclesiae et annexorum eorundem fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores eadem autoritate, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII ac aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in istis partibus speciales vel generales dictae Sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus te in assecutione dictae parochialis Ecclesiae volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliorum, praeiudicium generari. Seu si Rev.do in Christo Patri Episcopo Plocensi¹⁹⁹ et (ad quem praesentatio personae idoneae ad dictam parochialem Ecclesiam, dum pro tempore vacat, in ea ad praesentationem huiusmodi per loci Ordinarium instituendae, de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine asseritur pertinere) dilecto nobis in Christo Archidiacono dictae Ecclesiae Plocensis²⁰⁰, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non inser-

¹⁹⁶ Nomen eius statuere non potuimus.

¹⁹⁷ Stanislaus Iłowski († 1589), canonicus Plocensis ab a. 1569.

¹⁹⁸ Paulus a Małolin; cfr. N. 173.

¹⁹⁹ Petrus Myszkowski.

²⁰⁰ Paulus Głogowski (1502-1580), secretarius regius ab a. 1533, archidiaconus Plocensis ab a.

tam effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quocumque quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum in oppido Squiernevicii, Gnesnensis dioecesis, Anno Incarnationis Domini-cae Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto, Sexto Kalendas Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis etc
Omnino gratis

^{a, a-a)} *Adscriptum in margine manu Iosephi Monachi.*

N. 195.

**Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio**

Skierniewice, 27 XI 1574.

Certiozem eum facit nuntium Vindobonensem (Ioannem Dolfin) testificatum esse litteras suas (Vincentii Lauro), 10, 17 et 31 VIII, necnon 12, 14, 18, 23 et 27 IX ac 6 X datas, Romam esse missas. Sperat eum illas omnes iam accepisse.

Or.: AV, Nunz. Pol. 7 f. 223r. In f. 226v: inscriptio, vestigia duorum sigillorum.

Reg.: AV, Nunz. Pol. 10 f. 68r.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p. 116.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Mons. di Torcello per le sue m'ha avisato d'haver mandati a V.ra Signoria Ill.ma li miei pieghi di 10, 17 et ultimo d' Agosto et in oltre di 12, 14, 18, 23, 27 di Settembre²⁰¹, et deli 6 d'Ottobre²⁰². Volio sperare che ella l'habbia ricevuti tutti, et mi sarebbe favore intenderlo d'alcuna lettera di lei. Il rimanente si rimette nel'accluso foglio. Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma et il Signor Iddio con lunghissima et felicissima vita di

²⁰¹ Cfr. ANP IX/1, N. 136-140, 144-145, 151-156, 158-162.

²⁰² Cfr. N. 166-171.

N.ro Signore conceda a lei ogni felicità. Di Scarnevicz a 27 di Novembre 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor
il Vescovo del Mondevì^{a)})

a-a) *Autographum.*

N. 196.

Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio

Skierniewice, 27 XI 1574.

Nuntiat hac hebdomada missum quendam duci Nicolai Christophori Radziwiłł ("Orbi" nuncupati) duo sibi attulisse exempla litterarum, a senatoribus catholicis ex Lithuania ad summum pontificem per Vratislaviam et Vindobonam missarum. Significat praeterea se etiam accepisse exemplum litterarum epi Vilnensis (Valeriani Protasewicz) et Petri Skarga de resolutione in Conventu Vilnensi decreta de religionis catholicae condicione, quae post "confoederationem de religione" in Convocatione Varsaviensi mense Septembri celebrata constituta est. Refert insuper ministrum haereticum (interveniente reginula Anna Jagellonica) Varsavia expulsum intercessore et adiutore palatino Ravensi (Anselmo Gostomski) in priorem locum suum revertisse et actionem suam praedicatricem in domo dicti palatini non desinere. Nuntiat Albertum Łaski duos capitaneatus a rege (Henrico) obtinuisse: Lanckoronensem prope Cracoviam et Varsaviensem, ubi fortassis incrementa et diffusionem protestantismi (quem vocant) eum refrenaturum et cohibiturum esse sperat.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 7f. 224r-225r (litteris N. 195 adiunctum).

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10f. 68r-v.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p. 117-118.

Questa settimana è venuto qui un gentiluomo espresso mandatomi dal Duca d'Olica²⁰³ et mi ha portato un piego, nel quale è una lettera che i Senatori cattolici di Lithuania scrivono a N.ro Signore in risposta deli brevi,

²⁰³ Nicolaus Christophorus Radziwiłł.

che io haveva già mandati a tre principali di loro²⁰⁴. Ve n'è ancora un'altra del prefato Duca. Dele quali lettere mi sono state mandate le copie, che saranno alligate con questa, perché li originali si mandano con un'altra mia a Vienna per la via di Vratislavia come più sicura. Et insieme saranno anche le copie dele lettere scritte dal Vescovo di Vilna²⁰⁵ et dal padre Scarga²⁰⁶ sopra la resolutione fatta neli Comitii di Vilna, a quale, come si può ben comprendere dale prefate lettere, è a favore dela Religione Cattolica et dela dignità del Re, non havendo quelli Signori voluto approvare la lettera scritta al Re nela Convocatione di Varsovia²⁰⁷, ma ne hanno fatta un'altra dela quale non ho ancora havuto copia. Et per hora non mi estenderò a scrivere altro sopra ciò, perché dale lettere sudette, et maxime da [224] quella dei Senatori scritta a N.ro Signore, si può intendere il giudicio dei detti Signori circa lo stato dele cose di qua.

Il ministro heretico, il quale, sì come scrissi a V.ra Signoria Ill.ma con la mia di 15 di questo²⁰⁸, era stato scacciato da Varsovia per opera dela Sig. Infanta²⁰⁹, è, secondo intendo, ritornato nela medesima città con auctorità del Palatino di Rava²¹⁰, heretico, et continua di predicare nela casa del sudetto Palatino, posta neli borghi. Il quale, in tempo che esso ministro fu mandato via, ne scrisse dolendosene a molti conventi celebrati la festa di San Martino²¹¹ in tutto questo Palatinato. Dove, perché la maggior parte deli Nuntii terrestri era infetta di heresia, fu da loro accresciuto l'animo et l'audacia al detto Palatino di rimandare il ministro con minacce di venire all'arme, quando se gli faccia oltraggio.

Il Laschi²¹² ha ottenuto dal Re due Capitaneati, ciò è di Lascorona appresso a Cracovia tre miglia²¹³, di cui ha già preso il possesso et lo conserva

²⁰⁴ Brevia pontificia et responsum Lithuanorum non sunt reperta.

²⁰⁵ Valerianus Protasewicz.

²⁰⁶ Petrus Skarga SJ.

²⁰⁷ Vide: Epistulam senatorum Lithuaniae ad Henricum regem Vilnae datam, 3 XI 1574; cop. Kraków BCzart. ms 83 numerus 84.

²⁰⁸ Cfr. N. 178.

²⁰⁹ Anna Jagellonica.

²¹⁰ Anselmus Gostomski.

²¹¹ 11 XI 1574.

²¹² Albertus Łaski.

²¹³ Oppidum Lanckorona (vel potius arx seu castellum in monte exstructum), in confiniis Habsburgicae Hungariae et Poloniae situm, occupatum est a copiis Alberti Łaski 11 VIII 1574 post mortem Sigismundi Wolski de Podhajce, castellani Czescensis ab a. 1569, capitanei Varsaviensis et Lanckoronensis. Decretum regium, quo Lanckorona Alberto Łaski collata erat, editum est ab Henrico Valesio die 26 II 1574 (cfr. Warszawa AGAD, ms. MK 112 f. 34), repertum est ab Antonio Tomczak, *Walenty Dembiński, kanclerz egzekucji (ok. 1504-1584)*, Toruń 1963, p. 117. Orzelski, p. 275, affirmat confirmationem nominationis ad capitaneatum Lanckoronensem exeunte mense Octobri attulisse ex Gallia clientem eiusdem Łaski, Ioannem Jarzyna. Quae res parum aberat, ut ad parvum bellum civile adduceret, cum palatinus Cracoviensis (Petrus Zborowski) - postquam Barbara Wolska (quae post mortem mariti ad debitam advitalitatem ius sibi vindicabat) protestationem seu intercessionem in tribunali municipali Cracoviensi fecerat - nobilitatem palatinatus sui adhortatus esset, ut arcem Lanckorona eidem Łaski armis adimeret. Quod propositum cancellarius Regni Valentinus Dembiński editis specialibus litteris universalibus cohibuit. Cfr. Zieliński-Zelewski, p. 116.

con un buon numero di soldati. Hora, dovendo andare a Varsovia per pigliar il possesso [225r] di quel luogo, è venuto a vedermi et essendo stato avvertito da me del danno grande et dishonor che ne seguiva ala Religione Cattolica, in particolare ala persona sua come Capitano del luogo²¹⁴, se il ministro si restava, mi ha promesso che se haverà il possesso lo caccierà in mal' hora in tutti quei modi che potrà, et presto se ne haverà avviso. In questa assenza del Re stiamo peggio assai che in un interregno, li heretici sono insolentissimi et i Cattolici freddissimi.

N. 197.

Vincentius Lauro
Stanislao Karnkowski, epo Vladislaviensi

Skierniewice, 29 XI 1574.

Concedit ei indultum generalem ad exsequendas actiones canonicas ad competentiam ordinariorum pertinentes.

Reg.: AV, Nunz. Pol. 396 f. 38r.

Vincentius [*etc. ut in N. 164*], Rev.do in Christo Patri Stanislao, Episcopo Vladislaviensi²¹⁵, salutem in Domino sempiternam. Paternitatis V.rae insignia erga religionem Catholicam merita, necnon singulare in Ecclesiam suam Vladislaviensem studium movere nos maxime debent, ut quae ad istius Ecclesiae incolumitatem facere queant, lubenter (quoad eius fieri poterit) procuremus. Quapropter cum Paternitas V.ra (quo gregem sibi a Deo commissum maiore vigilantia tueatur) inferiorum Pastorum (ut temporum necessitas postulat) numerum integre servare cupiat, a nobis petiit, ut huiusmodi commodo opportune prospiciendi potestatem sibi deferremus, nos igitur, qui ad infascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti sumus facultate muniti, eidem Paternitati V.rae, quod (legatione nostra durante) quosvis in sua dioecesi beneficia ecclesiastica curata, vel ordinem sacerdotalem in possessoribus alias quomodolibet exigentia, canonicè obtinentes, ac ideo sacros ordines suscipere arctatos, idoneos et fervore devotionis ad illos assumi desiderantes, ad

²¹⁴ Sermo est de repugnantia et adversitate nobilitatis Masoviticae erga Albertum Łaski suscepta, qui capitaneatum Varsaviensem (post mortem Sigismundi Wolski) vi occupare voluit; cfr. Zakrzewski, p. 185.

²¹⁵ Stanislaus Karnkowski.

ipsos sacros etiam Praesbiteratus ordines quibusvis tribus Dominicis vel aliis festis diebus extra tempora a iure statuta in eadem dioecesi promovere valeat, ita quod ipsi sic promoti etiam in Altaris ministerio ministrare possint, licentiam et facultatem Apostolica auctoritate nobis specialiter attributa concedimus et impartimur. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Squiernevicii Gnesnensis dioecesis, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Tertio Kalendas Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio

Vincentius, Episcopus Montisregalis *etc.*
Omnino gratis

N. 198.

Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio

Skierniewice, 30 XI 1574.

Laudat diligentiam et sedulitatem scholastici Cracoviensis (Martini Izdbieński) et nomine eiusdem petit, ut cuidam nepoti ipsius, probis moribus et bona doctrina insigni, conferatur dignitas coadiutoris cuiusdam senioris canonici Cracoviensis.

Or.: AV, Nunz.Pol. 8 f. 400r.
- Ed.: Wierzbowski VL, p. 118.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Il Rev.do Signor Scolastico di Cracovia²¹⁶, sì come per altre mie et in particolare con quella deli 16 di questo ne scrissi ala Signoria V.ra Ill.ma²¹⁷, si è tuttavia mostrato sì zelante et sì animoso in servizio dela Santa Religione et dela Sede Apostolica che veramente non è punto indegno dela benignissima gratia di N.ro Signore. Egli ha un suo nipote, persona, per quanto mi vien scritto, accostumata et di buona dottrina, il quale un gentilhuomo vecchio, Canonico di Cracovia, vorrebbe fare suo Coadiutore. Desidererebbe per tanto che N.ro Signore si degnasse concedergli la gratia. Hor io, cono-

²¹⁶ Martinus Izdbieński.

²¹⁷ Cfr. N. 188, notam 147.

scendo i meriti del sudetto Sig. Scolastico, non voglio mancare con questa mia di supplicar V.ra Signoria Ill.ma che le piaccia mettere in considerazione a Sua Beatitudine che tal favore non pur accrescerà in lui la devotio-
ne verso la Santa Sede, ma darà occasione agli altri ecclesiastici d'imitarlo in simili occorrenze. Conche bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma et il Signor Iddio con lunghissima et felicissima vita di N.ro Signore conceda a lei ogni vero contento. Di Squiernevicz a li 30 Novembre 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor
il Vescovo del Mondevi^{a)})

a-a) *Autographum.*

N. 199.

Vincentius Lauro
Simoni Hagenau, presbytero Varmiensi

Skierniewice, 30 XI 1574.

Concedit ei licentiam et facultatem praedicandi sermones in ecclesiis et absolvendi a peccatis (non tamen contentis in bulla "In Coena Domini") in civitate Gedanensi (quae tunc temporis ad dioecesim Vladislaviensem pertinebat).

Reg.: AV, Nunz. Pol. 396 f. 38r-v.

Vincentius [etc. ut in N. 164] dilecto nobis in Christo Simoni Hagenau, praesbitero Warmiensi²¹⁸, vel alterius civitatis aut dioecesis, theologiae professori, salutem in Domino sempiternam. Excellens sacrarum litterarum scientia, necnon sanctae aliarumque complurium linguarum notio, ardens item erga orthodoxam fidem studium, cum singulari morum probitate coniunctum, quibus sane virtutum luminibus insigni Rev.di in Christo Patris Stanislai, Episcopi Vladislaviensis²¹⁹, testimonio te illustrare Dominus dignatus est, non sub modio sed super candelabro locari merito debent, ut cunctis, qui Dominicam Domum incolunt, lucem evangelicam afferant. Nos

²¹⁸ Simon Hagenau (ante 1540 - post 1578), Iesuita natione Pruthenus in Collegio Societatis Iesu Braunsbergae sive Brunsbergae (Braniewo), ab a. 1566 clericus dioecesis Varmiensis.

²¹⁹ Stanislaus Karnkowski.

igitur, qui ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras (ad quarum insertionem minime tenemur) sufficienti facultate sumus muniti, pro nostro munere ea in te conferre cupientes, quibus Deo adiuvante a fidelium animis tenebras facilius discutere possis, petitionibus etiam eiusdem Rev. di. Episcopi, qui te (ut asserit) verbi Dei concionatorem in Civitate Gedano Wladislawiensis dioecesis constituit, inclinati, tibi, ut (legatione nostra durante dumtaxat) quoscumque utriusque sexus Christifidele in dicta civitate degentes, sua peccata confiteri cupientes ac propterea te convenientes, illorum confessionibus diligenter auditis, si vere poenitentes fuerint, in quibuscumque casibus etiam dictae Sedi reservatis (non tamen contentis in litteris die Coenae Domini legi consuetis), necnon excommunicationis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis propterea quomodolibet incursis, quoties id a te humiliter petierint et opportunum fuerit, absolvere in forma Ecclesiae consueta, iniunctaque eorum cuilibet pro modo culpa poenitentia salutari, necnon eis vota quaecumque per eos emissa, quae commode adimplere non poterint (ultramarino, visitationis liminum beatorum Petri et Pauli Apostolorum de Urbe, Beatae Mariae de Laureto, Sancti Iacobi in Compostella, castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis), in alia pietatis opera commutare libere et licite valeas, Apostolica auctoritate nobis specialiter attributa tenore praesentium de speciali gratia indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque. Datum Squiernevicii, Gnesnensis dioecesis, Anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Tertio Kalendas Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*
Omnino gratis

N. 200.

Vincentius Lauro
Lucae Słupski, rectori parochialis ecclesiae in Słupia

Skierniewice, 30 XI 1574.

Licentiam ei concedit, ut ante obtinendam paroeciam in Słupia Ploccensis dioecesis (cfr. N. 194) omnes sacros et presbyteratus ordines, etiam extra tempora iure statuta, aliquibus tribus Dominicis vel aliis festivis diebus ab ordinario suo suscipere possit.

Vincentius *etc.* [ut in N. 164] dilecto nobis in Christo Lucae Slupski, Rectori parochialis Ecclesiae loci de Slopia Plocensis dioecesis²²⁰, salutem in Domino sempiternam. Exposuisti nobis, quod tu, qui dudum fervore devotionis accensus clericali caractere insignitus et ad quatuor minores ordines promotus rite fuisti, ratione parochialis Ecclesiae loci de Slopia Plocensis dioecesis, quam nuper^{a)} certo tunc expresso modo vacantem apostolica auctoritate nobis specialiter attributa tibi contulimus, si illius possessionem pacifice assequaris, ad sacros ordines brevi suscipiendos arctatus eris, ac eodem fervore inductus ad ipsos sacros ordines promoveri summopere desideras. Nos, ad infrascripta per Sanctae Sedis Apostolicae litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate muniti, pio huiusmodi voto tuo favorabiliter annuere volentes tuisque in hac parte supplicationibus nobis porrectis inclinati, tibi (si, ut praefertur, arctatus fueris et idoneus reperiaris), ut a tuo Ordinario ad omnes sacros et presbiteratus ordines aliquibus tribus Dominicis vel aliis festis diebus extra etiam tempora a iure statuta promoveri, et in eis sic promotus etiam in Altaris ministerio ministrare libere et licite valeas, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate praedicta, tenore praesentium, licentiam in Domino concedimus. Datum Squiernevicii, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, pridie Kalendarum Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*
Omnino gratis

^{a)} Adscriptum in margine manu Iosephi Monachi.

N. 201.

Card. Tholomaeus Gallio
Vincentio Lauro

Romae, 4 XII 1574.

Evidentiorum facit prudentiam et circumspersionem nuntii, quam is manifestat in tardanda et frenanda vocatione synodi dioecesanarum, cum timeat, ne eiusmodi synodus in synodum nationalem convertatur, quae hoc tempore politicae et religiosae perturbationis desideratos exitus non sit certo allatura; immo metuit ex tali synodo non nisi haereticos commodum et utilitatem esse capturos. Scribit epum Cracoviensem (Franciscum Krasiński) in litteris ad

²²⁰ Cfr. N. 194.

cardinalem protectorem Regni Poloniae (Alexandrum Farnesium) et card. Stanislaum Hosium datis vehementer doluisse se confoederationi de religione subscripsisse. Probat epistulam ad regem (Henricum) scriptam de Francisco Valesio duce Alençonii (d'Alençon), regis Henrici fratre, usque ad reditum regis in Poloniam vices eius gerente designato.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 171 f. 492r-v. In f. 500 alia manu: "Del Sr Card. di Como con la lettera di 4 di Dicembre 1574".

Min.: AV, Nunz.Pol. 172 f. 191 r-v (sub data 4 XII 1574).

- Ed.: Wierzbowski U, IV, p. 101 (fragmentum, sub data 20 XI 1574).

V.ra Signoria ha fatto bene di impedire, per quelle vie et modi che ha potuto, la celebratione dela Sinodo tanto diocesana quanto provinciale, percioché in tempi pieni di tanta turbulencia non se ne potrebbe aspettar nisuno buono effetto. Et benché per queste et altre operationi V.ra Signoria dubiti ragionevolmente di incorrere in maggior odio degli heretici, ha nondimento da stare di buono animo, come io vedo che ella fa, et confidare in quello, per il quale si affatica, che non abandona mai i suoi et in un momento dissipa li consigli deli impii. Il Vescovo di Cracovia ha scritto qui al Card. Farnese²²¹ et a Varmiense²²², dolendosi molto dela mala opinione che intende essersi concetta di lui appresso N.ro Signore per la sinistra relatione fatta da alcuni, monstrando di havere buon animo et haverlo dichiarato, et essersi ritirato dala sottoscrizione che fece ali capitoli dela confederatione. Perilché pare a N.ro Signore che sia bene a piliar quello poco di buono che si può da lui et cercar con buone parole di trattenerlo, ne ruat in peius, et ritirarlo ancora se si può totalmente ala buona strada, facendoli sapere che N.ro Signore confida et spera che le sue attioni in avvenire faranno conoscere il buon animo suo et smorzeranno ogni malasatisfatione che sia potuta haversi dele nassate. Et a questo fine si metterà un capitolo nela lettera ordinaria acciò glielo possa far vedere.

[492v] Quello che V.ra Signoria ha scritto in Francia è stato ben fatto per muovere il Re a venire nel Regno, se potrà, o almeno accioché veda la necessità che si ha di creare un'altro Re, poiché la Polonia non può stare così lungamente, ma per conto di far Re Mons. d'Alanson²²³ bisogna andar destro al mettere il Re Christianissimo su quel pensiero, non sapendo noi come quel giovane sia ben affetto ale cose dela Religione Cattolica, né quanto fusse lecito a N.ro Signore né a suoi ministri di favorirlo in simile occasione. Ma credo certo che V.ra Signoria habbi scritto così per muovere il Re, come ho detto, et in tal caso ha fatto prudentemente.

²²¹ Alexander Farnese (1520-1589), cardinalis ab a. 1534, protector Regni Poloniae ab a. 1547; cfr. Franciscus Krasieński - card. A. Farnese, Radlovii, 15 X 1574; Or: AS Parma, Cart. Farn. 119 f. 110-111 (ed.: EFE t. XXII, p. 123-124).

²²² Litterae ad Hosium missae repertae non sunt.

²²³ Franciscus d'Alençon.

N. 202.

**Card. Tholomaeus Gallio
Vincentio Lauro**

Romae, 4 XII 1574.

Certiozem eum reddit cardinales Alexandrum Farnesium et Stanislaum Hosium dolorem suum summo pontifici declarasse propterea, quod epus Cracoviensis (Franciscus Krasinski) subscriptionem suam in Confoederatione Varsaviensi posuerit. Arbitratur paenitentiam eam ob causam ab epo Cracoviensi factam religioni catholicae in Polonia utilem fore.

Or.: AV, Nunz.Pol. 171 f. 493r-v. In f. 499: inscriptio, vestigium sigilli et annotatio: "Ricevuta a 17 di Gennaio 1575".

Min.: AV, Nunz.Pol. 172 f. 192r-v.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Gli Ill.mi Cardinali Farnese et Varmiense²²⁴ hanno riferito a N.ro Signore che Mons. il Vescovo di Cracovia²²⁵ si duole grandemente che ala Santità Sua siano state fatte di lui sinistre relationi. Sopra che ho da dir a V.ra Signoria che, come a Sua Beatitudine dispiacque che detto Monsignore condes condesse ala sottoscrizione deli Capitoli dela confederatione, così dipoi si consolò, intendendo che egli havea mutato proposito et corretto l'errore, sperando che in l'avenire, con quella constanza et fervore che ricerca il grado suo, defenderà di tal sorte la causa di Dio, dela Religione Catholica et ben publico del Regno, che Sua Santità et tutti i buoni havranno causa di restarne contenti et satisfatti. Però V.ra Signoria, quando havrà opportunità, farà sapere ad esso Monsignore che stia quanto a questa parte di buon animo, imperoché N.ro Signore ha buona opinione et volontà verso Sua Signoria, né ad essa prevalerà mai sorte alcuna di calunnia, presupponendo [493v], come è detto, che le attioni et meriti di esso Monsignore siano per corrispondere a l'espettatione dela Santità Sua. Di Roma a li 4 di Dicembre MDLXXVIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

(^a-come fratello amorevole
il Cardinale di Como^a)

^{a-a}) *Autographum.*

²²⁴ Alexander Farnese et Stanislaus Hosius; cfr. N. 201.

²²⁵ Franciscus Krasinski.

N. 203.

Card. Tholomaeus Gallio
Vincentio Lauro

Romae, 4 XII 1574.

Nuntiat se litteras eius 16 et 21 X datas, una cum adiuncta reclamazione aepi Gnesnensis (Iacobi Uchański) contra Confoederationem Varsaviensem scripta, et litteras Ioannis Tęczyński ad summum pontificem datas accepisse. Adiungit litteras ad patrem Stanislaum Warszewicki SJ et petit, ut eas ad eundem Iesuitam tuto pervenire faciat.

Or.: AV, Nunz.Pol. 171 f. 494r. In f. 495r-v cifra. In f. 498v inscriptio, vestigium sigilli et annotatio: "Ricevuta a 17 di Gennaio 1575 ."

Min.: AV, Nunz.Pol. 172 f. 193r.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Le ultime lettere, che ho di V.ra Signoria, sono di XVI et XXI d'Ottobre²²⁶, con le quali ho ricevuti li fogli a parte con la protesta fatta da l'Arcivescovo Gneznense²²⁷, et la lettera scritta a N.ro Signore del Sig. Conte di Tenzino²²⁸. Quel che mi occorre di dirle per risposta sarà nell'incluso foglio. Con la presente mando una lettera al Padre Stanislaio Varsovitio²²⁹, quale V.ra Signoria sarà contenta fargli haver per via sicura. Et non occorrendo altro, resto offerendomele et raccomandandomele al solito di buon core. Di Roma a li III di Decembre MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.da

(^a-come fratello amorevole
 il Cardinale di Como^a)

^{a-a}) *Autographum.*

²²⁶ Cfr. N. 174, 175 et 177, 178.

²²⁷ Iacobus Uchański. Nomine primatis reclamationem sive protestationem declaraverunt canonici Gnesnenses: Ioannes Rembieliński († 1614) et Ioannes Sikorski; cfr. ANP IX/1, A. 25.

²²⁸ Ioannes Tęczyński, cfr. ANP IX/1, notam 185, p. 59.

²²⁹ Stanislaus Warszewicki; cfr. litteras card. Tholomaei Gallio ad Stanislaum Warszewicki, datas Romae, 4 XI 1574 (ed. Theiner SS A, p. 93-94).

Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio

Skierniewice, 4 XII 1574.

Certiozem eum reddit se per litteras 6 X datas (cfr. N. 170) informationes transmississe de processu informativo coadiutoris Vilnensis (Georgii Radziwiłł). Nuntiat etiam specialem nobilem in Galliam missum esse, ut litteras de hoc negotio tractantes ad regem (Henricum Valesium) portaret simulque peteret, ut rex duce Georgium Radziwiłł patrocínio suo prosequeretur, quo ipsum in fide et religione catholica confirmaret. Subiungit in eodem negotio etiam patrem Petrum Skarga ad se scripsisse (cfr. N. 193). Epum quoque Vilnensem (Valerianum Protasewicz) litteris 21 X datis similem opinionem de eadem re protulisse. Adiungit insuper duas epistulas senatorum catholicorum Lithuanorum ad papam scriptas: alteras in conventu procerum Lithuanorum Vilnae celebrato scriptas, alteras a duce Nicolao Christophoro Radziwiłł "Orbo" exaratas. Utrasque litteras securitatis causa per Vratislaviam missas esse, utrasque secum tulisse praepositum Plocensem (Hieronymum Rozdrazewski). Denique manifeste ostendit magnum ardorem et zelum religiosum ducis Radziwiłł "Orbi" nuncupati, quem toti Radivillorum genti magno honori aliisque spiritali aedificationi esse censet.

Or.: AV, Nunz.Pol. 7f. 233r-234r. In f. 234v inscriptio, vestigia duorum sigillorum avulsorum.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 69v-70r.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p. 118-119.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore etc.

Li giorni passati mandai di Varsovia a V.ra Signoria Ill.ma una mia deli Vi d'Ottobre²³⁰ con il processo sopra il negotio dela Coadiutoria del Vescovato di Vilna in favore del Sig. Giorgio Radzivil, fratello del Duca d'Olica²³¹. Et il gentilhuomo che hebbe la cura di portare il piego s'avviò in diligenza ala volta di Francia per ottenere dal Re le lettere necessarie per la speditione, nela quale perciò che bisognava anche una fede dei padri Giesuiti di Vilna circa la religione, i costumi, la dottrina et la speranza di esso Sig. Giorgio, il prefato Sig. Duca me l'ha ultimamente indirizzata con una lettera deli VIII di Novembre del Vicerettore di quel Collegio, nominato il padre

²³⁰ Cfr. N. 170.

²³¹ Georgius Radziwiłł, frater Nicolai Christophori.

Scarga²³². Da cui prima m'era stata inviata la medesima fede con un'altra sua deli XXI d'Ottobre, le quali con una scrittami da Mons. il Vescovo di Vilna²³³ contenendo oltra questo particolare gli affari publici. Saranno con questa mia allegate insieme con due lettere a Sua Santità, l'una dei Senatori Cattolici di Lithuania serrata con quattro sigilli in risposta deli Brevi, che havevo loro mandati a Vilna avanti il tempo dei Conventi²³⁴, et l'altra del Duca d'Olica²³⁵. Et di queste tutte con l'ultima mia di 27 di Novembre ne mandai [233v] le copie a V.ra Signoria Ill.ma, riserbandomi con questa indirizarle l'originali per la via di Vratislavia come più sicura, per dove d'hora in hora debbe partire il secretario del Provosto di Plosca²³⁶ con lo spaccio che s'ha a portare al Re.

Quanto al negotio dela detta Coadiutoria, io crederai per la conditione del tempo et del luogo che N.ro Signore, concedendo la gratia, apporterai non poco profitto a tutta questa provincia, nonché ala città solamente, sì per la ottima speranza del giovane et per il zelo grande del Sig. Duca, suo fratello, et sì per la nobilità et possanza dela famiglia Radzivila in Lituania. A questo s'aggiunge che, se il Re non viene, le cose del Regno si potriano (che a Dio non piaccia) perturbare in modo che occorrendo la morte del Vescovo hormai decrepito, si porteria pericolo che la Chiesa cascasse in mano di qualche persona sospetta, oltra che si sdegnaria quella casa, la quale havendo havuta dal Re questa degnità, vorrebbe forse a ogni modo ritenerla contra ciascuno altro. Di che ne seguera non poco scandalo et danno ala religione et a tutto il paese. Et il capo principale è che il Re faccia elettione di persone degne. [234r] Con che bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria Ill.ma etc. Di Squiernevicz a III di Dicembre 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor
il Vescovo del Mondevi^a)

a-a) *Autographum*.

N. 205.

Vincentius Lauro
Iacobo Uchański, aepo Gnesnensi

Skierniewice, 6 XII 1574.

²³² Petrus Skarga; cfr. N. 193.

²³³ Valerianus Protasewicz; epistula ad Vincentium Lauro data non invenitur.

²³⁴ Conventus Vilnensis celebratus est die 20 X 1574; cfr. N. 175, notam 75, p. 29.

²³⁵ Litterae Nicolai Christophori Radziwiłł ad summum pontificem scriptae non sunt repertae.

²³⁶ Hieronymus Rozdrazewski.

Mandat ei, ut a poenis ecclesiasticis absolvat Martinum Kruczeski, rectorem ecclesiae parochialis in Grodzisko, qui cum Paulo, rectore scholae in villa Wielenin exstante, "in quattuor minoribus ordinibus constituto", acriter rixatus est, eique per famulum suum alapam impingi fecit et eum ipse usque ad sanguinem percussit.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 396 f. 40r-41v.

Vincentius [*etc. ut in N. 164*] [40v] Rev.do in Christo Patri Archiepiscopo Gnesnensi²³⁷, salutem in Domino sempiternam. Sedes Apostolica, pia mater, personis ad eam post excessum cum humilitate recurrentibus libenter se propitiam exhibet et benignam ac eos gratioso favore prosequitur, quibus ad id propria virtutum merita alias laudabiliter suffragantur.

Sane dilectus nobis in Christo Martinus Krzczeski, Rector parochialis Ecclesiae villae Grodzigo Gnesnensis dioecesis²³⁸, nobis nuper exposuit, quod die festi Sancti Laurentii proxime praeterito, cum ipse (qui tunc pene ebrius erat) praetenderet dilectum nobis in Christo Paulum, Rectorem scholae villae Wielenin²³⁹, in quatuor minoribus ordinibus constitutum, contra se falsum in iudicio testimonium protulisse, ac propterea illum odio prosequeretur, accidit, ut ipsum Paulum in quodam hospitio publico oppidi Uniejovii²⁴⁰ dictae dioecesis potantem forte repertum, adulatoris et falsarii crimen aliasque iniurias, quarum iam recordari nequit, statim protulerit ac deinde ipsi Paulo haec purganti alapam per famulum suum impigi fecerit. Insuper etiam, ipso Paulo (ut hanc alapae contumeliam ulcisceretur) ensem evaginante, fuste stipatus accurrerit eumque illo fuste in fronte semel tantum, adeo tamen valide percusserit, ut non pauca sanguinis quantitas inde fluxerit. Postmodum vero, illis utrisque coram Rev.da Paternitate tua propter praemissa convenientibus, ipsa ut ii inter sese paciscerentur mandavit. Cum autem (sicut ipse Martinus in eadem expositione subiungebat) cum dicto Paulo amicabiliter concordarit, et de excessibus a se sic commissis plurimum doluerit et doleat atque a similibus imposterum abstinere proponat, Nobis humiliter supplicavit, ut de absolutionis beneficio ac dispensationis gratia aliasque in praemissis sibi providere misericorditer dignemur.

Nos igitur, ad infrascripta per dictae Sedis litteras (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facultate suffulti, attendentes Ecclesiam Catholicam, piam matrem, misericordiae gremium nemini unquam claudere,

²³⁷ Iacobus Uchański.

²³⁸ Grodzisko, pagus in paroecia Borzykowa situs in districtu olim Novoradomiensi (Ulanowski, p. 365).

²³⁹ Wielenin - pagus parochialis in districtu olim Turka situs (Ulanowski, p. 232).

²⁴⁰ Uniejów, unum ex domiciliis aeporum Gnesnensium ad Vartam fluvium in palatinatu Sira-diensi situm (Ulanowski, p. 131).

ac volentes eundem Martinum asserentem praedictam, necnon villae de Swiniczie²⁴¹, eiusdem dioecesis parochiales Ecclesias, quarum insimul fructus, redditus et proventus sexaginta ducatorum [41r] auri de camera secundum communem extimationem valorem annum non excedant, ex canonica dispensatione apostolica obtinere alias apud nos de vitae ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu specialibus favoribus et gratiis prosequi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit (dummodo in iis per annum non in sorduerit) ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolutos et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Paternitati tuae per praesentes mandamus, quatenus (si ita est ut praenarratur) eundem Martinum (si id a te humiliter petierit) ab excessibus huiusmodi, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quas propter praemissa, aut ex quo censuris sic ligatus divinis se (non tamen in contemptum clavium) immiscuerit aut participaverit, quomodolibet incurrit, apostolica autoritate nobis specialiter attributa in utroque foro absolvas in forma Ecclesiae consueta, iniunctaque ei pro modo culpa poenitentia salutari, et aliis, quae fuerint de iure iniungenda, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam, per eum ob praemissa quomodolibet contractam et in eum insurgentem, ab illo auferas et in eo aboleas, necnon ipsum in eum, in quo ante praemissa quomodolibet erat, statum restituas ac plenarie reintegres. Necnon secum, ut in sacris etiam praesbiteratus ordinibus, per eum rite susceptis, etiam in Altaris ministerio ministrare ac quaecumque et qualiacumque (quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annum non excedant) beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, etiam si Canonici et Praebendae, Personatus, Administrationes vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel collegiatis Ecclesiis, aut parochiales Ecclesiae vel earum perpetuae vicariae fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut eligatur, praesentetur vel alias assumatur ad ea et instituantur in eis, recipere, et unum eorum, aut [41v] dumtaxat alteram dictarum obtentorum parochialium Ecclesiarum, ex quibus, ut etiam asserit, nullos fructus indebite percepit, retinere libere et licite valeat, de specialis dono gratiae dispenses. Non obstantibus foelicis recordationis Bonifacii Papae VIII aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictarum Ecclesiarum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Squiernevicii, dictae dioecesis, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo

²⁴¹ Świńsko, pagus in paroecia Chorzęcin in districtu olim Brzezinensi positus (Ulanowski, p. 462).

septuagesimo quarto, Octavo Idus Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini N.ri Gregorii Papae XIII Anno Tertio.

Vincentius Episcopus Montisregalis *etc.*
Omnino gratis

N. 206.

**Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio**

Skierniewice, 8 X II 1574.

Nuntiat se superiore septimana duas epistulas accepisse a nuntio pontificio Vindobonensi (Ioanne Dolfin), alteras 6 X datas - responsum ad litteras suas ad ipsum 18 IX datas, alteras vero 2 XI missas, responsum ad epistulam eius 6 X datam. Insuper enumerat alias eius epistulas mensibus Augusto et Septembri a. 1574 scriptas vel missas.

Or.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 235r. In f. 238v inscriptio, vestigia sigillorum avulsorum.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 70v.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p. 119.

Ill.mo et Rev.mo Monsignore *etc.*

Con questa m'occorre solamente avvertire la Signoria Vostra Ill.ma che la settimana passata ho havute due lettere di Mons. di Torcello²⁴², il quale con l'una deli 6 d'Ottobre²⁴³ m'accusa la ricevuta del mio piego deli 18 di Settembre²⁴⁴ et m'afferma d'haverlo mandato a V.ra Signoria Ill.ma et con l'altra deli 2 di Novembre²⁴⁵ scrive haver fatto il medesimo del piego di 6 d'Ottobre²⁴⁶, con il quale v'erano ancora due altri di 23 et 27 di Settembre²⁴⁷. Et prima ero stato avisato del sodetto Signore del buon ricapito dato ali miei pieghi di 10 et 17 d'Agosto di Cracovia²⁴⁸, del'ultimo del medesimo et di 12,

²⁴² Ioannes Dolfin.

²⁴³ Cfr. N. 167.

²⁴⁴ Cfr. ANP IX/1, N. 155 et 156.

²⁴⁵ Cfr. N. 181.

²⁴⁶ Cfr. N. 167.

²⁴⁷ Cfr. ANP IX/1, N. 160 et 161

²⁴⁸ Cfr. ANP IX/1, N. 136 et 139-140.

14 et 18 di Settembre di Squiernevicz²⁴⁹. Et voglio sperare che tutti siano pervenuti in mano di V.ra Signoria Ill.ma dela quale dopo l'ultima sua di 4 di Settembre in risposta della mia di 3 d'Agosto²⁵⁰, non è fino ad hora comparsa lettera alcuna. Il rimanente sarà nel'acclusi fogli. Bacio riverentemente la mano di V.ra Signoria etc. Di Squiernevicz a li 8 di Dicembre 1574.

(a-Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

humil.mo et div.mo servitor
il Vescovo del Mondevi^{a)})

^{a-a)} *Autographum.*

N. 207.

**Vincentius Lauro
card. Tholomaeo Gallio**

Skierniewice, 8 XII 1574.

Certiolem facit secretarium status se 29 XI a nuntio pontificio Vindobonensi (Ioanne Dolfin) accepisse litteras 2 XI scriptas de candidatura archiducis Austriae Ernesti ad obtinendum solium Regni Poloniae aspirantis (quam rem etiam imperatorem Maximilianum summopere desiderare scribit). Asserit eiusmodi candidaturum ad effectum deduci posse non nisi post novae regis in Polonia electionis rite factam promulgationem. Quod etiam cum opinione summi pontificis concordare addit. Mittit insuper quattuor exempla litterarum inter nuntiaturam Austriacam et Polonam invicem scriptarum litteris A, B, C, D signatarum. In epistula littera D signata (cfr. N. 208), eodem ipso tempore missa, affert notitias a secretario regis (Henrici Valesii) perscriptas.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 227r-231v (litteris N. 206 adiunctum).

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 70v-75v.

- **Ed.:** Wierzbowski VL, p. 120.

Ho a li 29 di Novembre ricevuta una lettera del Nuntio Torcello deli 2 del medesimo²⁵¹, et una cifra per la quale egli mostra non restar sodisfatto

²⁴⁹ Cfr. ANP IX/1, N. 151-156.

²⁵⁰ Cfr. ANP IX/1, N. 131 et 148, 149.

²⁵¹ Ioannes Dolfin; cfr. N. 181.

che io non prattichi per il Principe Hernesto²⁵² nela maniera che esso scrive desiderarsi dal'Imperatore²⁵³ et di questo mi avvisa haverne avvertito N.ro Signore per riceverne l'ordine che bisogna. Sopra di che ancorché io mi renda sicuro che quel Signore si move per buon zelo, nondimeno havendo io la mira principale per il servitio di Dio et di N.ro Signore di conservare ala Sede Apostolica la devotione del Re Christianissimo²⁵⁴, senza dar occasione al'Imperatore di poter ragionevolmente restar mal contento di me, non voglio mancare con questa mandare alla Signoria Vostra Ill.ma tutto quello tra il detto Signore et me si è scritto dopo il discorso che io li mandai sopra la persona del Principe Hernesto in caso che nella convocatione di Varsavia si fusse proceduto alla nuova elettione di un Piasto.

Le sudette scritte sono quattro notate A, B, C, D. A è la sua risposta [227v] fatta al primo mio discorso²⁵⁵. B è quello che io gli replicai²⁵⁶. C è la ultima sua replica²⁵⁷, a la quale io ho rescritto con il contenuto del D²⁵⁸, dove si fa mentione dele parole, al mio huomo in presenza del secretario del Re Christianissimo da un Vescovo deli principali di Polonia; il quale fu il Vescovo di Cuiavia²⁵⁹, et affinché Mons. di Torcello conosca più vivamente la volontà del Re Christianissimo in ritener questo Regno, ho voluto inviargli la copia della lettera che il Re ha ultimamente scritta al Senato, et a gli ordini di Polonia et di Lituania²⁶⁰.

N. 208.

Vincentius Lauro Ioanni Dolfin, nuntio Vindobonensi

Skierniewice, 8 XII 1574.

Nuntiat sibi redditas esse litteras eius 2 XI (cfr. N. 181) de proposito electionis in regem Poloniae archiducis Ernesti, cui electioni et Sedem Apostolicam et imperatorem Maximilianum II favere asserit. Sed addit eiusmodi consilium in praesenti rerum Polonicarum statu et condicione summopere implicatum ac difficillimum esse. Incertum enim esse regis Henrici propositum quoad eius reditum in Poloniam. Oratorem ducis Ferrariae (Ioannem Baptistam Guarini) pro candidatura patroni sui ad Regnum Poloniae inter-

²⁵² Ernestus Austriacus.

²⁵³ Maximilianus II.

²⁵⁴ Henricus Valesius.

²⁵⁵ Cfr. ANP IX/1, N. 158.

²⁵⁶ Cfr. N. 167.

²⁵⁷ Cfr. N. 181.

²⁵⁸ Cfr. N. 208.

²⁵⁹ Stanislaus Karnkowski.

²⁶⁰ Cfr. ANP IX/1, A. 24.

cedere. Lithuanos regi Henrico favere et proponere, ut proxima Regni Comitia prope fines Magni Ducatus Lithuaniae (ex.gr. Parczoviae) celebrentur. Sperat post annuntiatum adventum secretarii regis Henrici (Iacobi d'Espeises) praesentem rerum Polonarum statum explicatum iri.

Decifr.: AV, Nunz.Pol. 7 f. 229r-231v (adiunctus ad N. 207).

Reg.: AV, Nunz.Pol. 10 f. 73v-75v.

D. Copia della risposta di Mons. del Mondevì al Nuntio Torcello²⁶¹

Ho inteso da la cifra di V.ra Signoria de li 2 di Novembre²⁶² la resolutione che ella ha presa di scrivere a Roma la sua et mia intentione circa la prattica del Principe Hernesto²⁶³ et haverne l'ordine di N.ro Signore prima che render capace l'Imperatore²⁶⁴ di quello che io l'havevo scritto; ciò è che intromettendomi nela sudetta prattica nela maniera che ella mi richiedeva per parte del'Imperatore in tempo che il Re Christianissimo²⁶⁵ s'era dichiarato voler a tutti modi ritener questo Regno et difenderlo contra chiunque volesse fargli oltraggio, verrei senza dubbio per la qualità dela natione ad essere scoperto et dar occasione al Re di restar mal sodisfatto di N.ro Signore et de' suoi ministri.

Aggionsi ancora che in caso di nuova elezione contra la volontà del Re sarei constretto procedere con desterità et secretezza in servizio del Principe Hernesto per la medesima cagione, per la quale ancora mi conveniva parimente andare ritenuto a scrivere a lei minutamente et spesso tutte le cose particolari, che occorrono in questo Regno per farle intendere a l'Imperatore, come ella desiderava, et maxime che i ministri di Sua Maestà che sono in Polonia [229] possono benissimo supplire a questa carica.

Conclusi poi che in caso di necessità, come sarebbe se l'elezione fusse per apportar pregiudicio alla Religione Catholica, al'hora (sì come io feci nel pericolo del Piasto) posposto ogni altro interesse non mancherei fare ala scoperta per il Principe Hernesto, parendomi che il Re non possa in tal caso giustamente dolersi di N.ro Signore, né de suoi Ministri. Et in somma mi parve non dover dare occasione che il Re Christianissimo possa in modo veruno restar malcontento di Sua Santità, la quale se ben mi commande che in una nuova elezione habbia a proporre et servire la sola persona del Principe Hernesto; vuole nondimeno che si faccia ogni debito officio a giovamen-

²⁶¹ Agitur de una ex epistulis ex cancellaria Vincentii Lauro missis (littera "D" signata), quae inter eundem Vincentium Lauro et Ioannem Dolfin de nuntiatura Austriaca ad Regnum Poloniae ex utraque parte scriptae erant, cfr. ANP IX/1, N. 158, N. 167 et (in hoc praesenti volumine) N. 181.

²⁶² Cfr. N. 181.

²⁶³ Archidux Ernestus.

²⁶⁴ Maximilianus II.

²⁶⁵ Henricus Valesius.

to del Re, affinché etiamdio non si venga a nuova elettione; talché io non veggo poter sodisfare ala volontà del'Imperatore nela maniera che V.ra Signoria ricerca senza pericolo manifesto d'offender l'animo del Re. Sopra di che ancorché ella habbi voluto servirsi dela regola così conditionalis non ponit in esse; nondimeno si sa bene che nel'attioni humane li Principi che hanno interesse, o non vogliono sottomettersi a tali regole, o credono sempre molto più di quello che l'huomo fa, quando non è a loro profitto, oltre che le [230r] persone istesse con le quali fa di bisogno praticare, come che se le ragioni conditionatamente interpretano nondimeno le cose categoricamente, come fece un Vescovo dei grandi di Polonia; il quale havendomi grandemente lodata la persona d'un Piasto, et all'incontro essendogli da me in caso di nuova elettione posto in consideratione il Principe Hernesto, non mancò poi in Varsovia in tempo dela Convocatione alla presenza del secretario del Re²⁶⁶, dire al mio huomo, che tenevo là, replicando tre volte con mettergli la mano sopra il braccio: non dabitis nobis Hernestum. Et faceva professione d'essermi amico et havea ricevuto da me piaceri di qualche rilievo.

A questo s'aggiunge che il negotio de stati è pieno di sospetto et gelosia tale, che li Principi restano offesi, non che mal contenti d'ogni pratica che possa loro apportare pregiudicio alcuno. Et non credono di perder mai gli stati, et quando pur ne son privati, hanno sempre speranza di haverli a ricuperare.

Circa l'esempio che V.ra Signoria adduce sopra la persona del Duca di Ferrara²⁶⁷, io veramente per ancora non credo che quel Principe così prudente vogli tentare una pratica incerta, col pericolo certo di perdere la gratia del'Imperatore et del Re Christianissimo et maxime che il suo Ambasciatore [230v], il quale era in Polonia²⁶⁸, se n' è ritornato in Italia; ma quando pur la tentasse, io non sarei mai d'opinione, che l'esempio fusse da imitare in servitio di N.ro Signore da suoi ministri; perché Sua Santità non ha in questo alcuno proprio interesse, ma solo come padre universale per bene della Christianità desidera favorire la parte del Principe Hernesto in evento di nuova elettione, et non dar mala contentezza al Re.

Quanto ala secretezza, che io dissi essere constretto d'usare nela pratica del Principe Hernesto, V.ra Signoria fa una divisione; ciò è che se io intendo in questa pratica operar contra il Re di Polonia, perché sia cacciato dal Regno, ho ragione, anzi non si conviene fare né in publico, né in secreto; ma quando ad ogni modo si havesse da venire a nuova elettione V.ra Signoria dubiteria che l'Imperatore doveria restare molto mal contento, parendogli in tal caso che io non doverei procurare con tanto riguardo per la promessa fattagli da N.ro Signore. In questo mi occorre solamente dirle che il caso dela futura elettione non si può sapere al certo sin' a tanto, che il Re si sco-

²⁶⁶ "Monssieur du Va" (cfr. Persan, p. 29).

²⁶⁷ Alfonsus II d'Este.

²⁶⁸ Ioannes Baptista Guarini.

pra non volere o non potere venir al tempo. Et al'hora io non ho mai inteso che non si havesse a praticare per il Principe Hernesto, ma si bene che la [231] practica si facesse con desterità et secretezza per non offender l'animo del Re, il quale sin'ad hora si lascia intender voler a tutti i modi ritener il Regno et difenderlo contra ciascuno.

Hora se per l'avvertimento, che V.ra Signoria ha dato a Roma, mi verrà comandato da N.ro Signore di promuovere il negotio del Principe Hernesto nel modo, che ella giudica espediente a servitio dell'Imperatore, io mi sforzerò con la gratia di Dio essequir l'ordine di N.ro Signore con fede et diligenza tale, che Sua Maestà Cesarea haverà occasione di restar intieramente satisfatto di Sua Beatitudine, ma saria necessario che la Maestà Sua havesse in Polonia qualche personaggio, con il quale io potessi nelle occorrenze conferire et trattare liberamente.

Li Signori Lituani in questa Dieta di Vilna²⁶⁹ quantunque non habbino voluto approvare gli atti dela Convocatione di Varsovia²⁷⁰, parendoli che non si sia tenuto quel conto di loro che bisognava; nondimeno acconsentono ad una nuova elettione in evento che il Re non voglia o non possa ritornare. Mostrano bene (se però staranno fermi in tal proposito) desiderare che il tempo deli Comitii si [231v] si [sic] prolunghi, et che il luogo fosse più vicino a loro^{a)}271. Mandano per due loro Internuntii una lettera al Re nela quale con molta sommissione et osservanza pregano et fanno istanza grande che il Re ritorni al tempo assignato da Polacchi, allegando non poter rimediare a i pericoli, che loro soprastanno senza la^{b)} presenza stessa del lor Principe.

Mons. di Pes²⁷² è venuto qui mandato dal Re, et non manca nei luoghi principali sollecitare questa prolongatione di tempo, et del ritorno del Re dà speranza certa; la quale apporta qualche giovamento a le cose di qua.

a) *In registro addito: et nominato Parczovia*

b) *In registro addito: persona et*

N. 209.

**Card. Tholomaeus Gallio
Vincentio Lauro**

Romae, 11 XII 1574.

²⁶⁹ Conventus Vilmensis 20 X 1574 celebratus.

²⁷⁰ Cfr. ANP IX/1, A. 24.

²⁷¹ Secundum registrum agitur de oppido Parczovia (Parzew), quod "oppidum in confinibus tunc Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, 60 chiliometris septentrionem versus a Lublino distans, (erat) locus Comitiorum a. 1564 Sigismundo II Augusto regnante celebratorum".

²⁷² Iacobus Faye d'Espeisses (1543-1590), secretarius Henrici Valesii; in Poloniam profectus est eo imprimis consilio, ut Henricum Valesium in solio Regni Poloniae retinere et firmare conaretur; in oppido Skierniewice fuit 10 XII (vide: Serwański, p. 224).

In memoriam ei revocat se in prioribus litteris suis (cfr. N. 202) eum certiore fecisse, quid epus Cracoviensis (Franciscus Krasiński) ad cardinales Alexandrum Farnesium et Stanislaum Hosium scripserint. Nuntiat summum pontificem cupere, ut perturbatio religiosa et confessionalis in Polonia, exorta propter facinus ab eodem epo Cracoviensi patratum (cum Confoederationem Varsaviensem propriae manus subscriptione approbasset), arceatur et cohibeatur. Significat praeterea datarium pontificium (Matthiam Contarelli) bullas pontificias misisse ad epum quendam nomine Gulielmum, alias nobis ignotum. Explicat necessitatem rigidiorum severiorumque exigentiarum religiosarum a familia Radziwiłł confessionaliter divisa eam praesertim ob causam postulandarum, quod dux Georgius Radziwiłł ad obtinendam coadiutoriam Vilnensem contendat; praecipue laudat et probat ardorem religiosum Nicolai Christophori Radziwiłł, "Orbi" nuncupati.

Or.: AV, Nunz.Pol. 171 f. 503r- 504r. In f. 504v inscriptio, vestigium sigilli et adnotatio: "Ricevuta 17 Genaro 1575".

Min.: AV, Nunz.Pol. 172 f. 194r- 195r.

- **Ed.:** Śmurlo II, p. 551- 552.

Molto Rev.do Monsignore *etc.*

Ne le lettere mie precedenti²⁷³ si lasciò di dir a V.ra Signoria in materia di quanto haveva scritto il Vescovo di Cracovia a gli Ill.mi Farnese et Varmiense²⁷⁴, che intendendosi esser nate tra li Vescovi di cotesto Regno alcune discordie, da le quali, se non si sopiscano, è per succeder danno grandissimo. Sua Santità desidera che lei cerchi con ogni diligenza d'intender il tutto et penetrarne bene le cause, et radici di queste ruggini, et discordie, et procuri di darvi con l'autorità et prudenza sua opportuno rimedio, a fine che essi possano, come conviene, attendere unitamente al servizio di Dio, et beneficio universale del Regno in tempi così pericolosi.

Ho supplicato N.ro Signore della gratia di spedir le bolle per via secreta per il suo Mons. Gulielmo²⁷⁵, la quale Sua Santità ha con[503v]cessa molto benignamente. Et così si è dato ordine a Mons. Datario²⁷⁶ di spedirle.

Dela Coadiutoria Vilnense²⁷⁷ mi occorre di dire a V.ra Signoria, che se bene si presentano alcune difficoltà d'importanza, come del'età del cooptato adiutore, et dela transgressione et danno fatto ala Religione Catholica dali suoi Maggiori, per il che verrebbe escluso dalli sacri canoni, nondimeno Sua Santità per il testimonio, che ha dela buona, et sincera fede del Duca

²⁷³ Cfr. N. 202.

²⁷⁴ Franciscus Krasiński, card. Alexander Farnese, card. Stanislaus Hosius.

²⁷⁵ Statuere non potui, de quo "monsignore" hic ageretur.

²⁷⁶ Matthaeus Cointerel (Contarelli).

²⁷⁷ Georgius Radziwiłł.

d'Olica²⁷⁸, et del medesimo postulato Coadiutore, è molto inclinata a gratificar, et satisfare al desiderio loro; è ben vero, ché nell'animo di Sua Santità, et del Sacro Collegio ha generato non poco fastidio il saper, che nella casa paterna di questi Signori in Vilna, duri ancora la Sinagoga deli Heretici²⁷⁹. Et però innanzi che si stringa più la risolu[504r]tione di questo negocio, è necessario, che si levi via la ditta Sinagoga, perché con molto maggior facilità si otterrà poi l'intento loro. V.ra Signoria potrà darli questo avvertimento, et sollicitar che l'essequiscano quanto prima, sì come anco da alcuni è stato promesso, et scritto qua, non dubitando che troveranno nel resto la Santità Sua gratiosissima. Con questo fine a V.ra Signoria mi offero et raccomando di core et prego N.ro Signore Dio che la contenti. Di Roma a li XI di Dicembre MDLXXIII.

Di V.ra Signoria Rev.ma

(^a-come fratello amorevole
il Cardinale di Como^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 210.

Vincentius Lauro
Stanislao Karnkowski, epo Vladislaviensi

Skierniewice, 17 XII 1574.

Nuntiat se eo ipso die litteras eius Volborii 14 XII datas accepisse, una cum adiuncto exemplo litterarum ad regem (Henricum Valesium) scriptarum adhortationem continentium ad accelerandum reditum regis in Poloniam ante terminum in Comitibus ei designatum (12 V 1575). Probat actionem eiusdem epi Vladislaviensis, qui similem petitionem ad cardinalem Lotharingiae (Carolus de Guise) et ad ducem Nivernensem (Ludovicum de Gonzaga) perscripserat. Insuper edocet epum Vladislaviensem de moliminibus adversariorum eiusmodi consilii.

Reg.: Kraków B.Cz. ms 311, f. 44r.

- Ed.: Karnkowski, f. M 2 r.

²⁷⁸ Nicolaus Christophorus Radziwiłł.

²⁷⁹ Cfr. N. 170.

